B. N. C.
FIRENZE
1101
2

1101.2

[illegible] Google

AD ILLVSTR.

D. Dominum Alexandrum Farneſium Pontificem Card. Reuerēdiſſimum Tit. Sancti Laurentii in Dama ſo, Sacro Sanctę Rom. Eccleſiæ Vicecancellarium digniſſimum.

Lucę Gaurici

ARS METRICA.

¶ De quantitate Syllabarum in componendis verſibus neceſſaria.

¶ Io. Pollii Pollaſtrini Canonici Aretini De componendis carminibus opuſculum elego carmine editum.

AD INGENIOSOS IVVENES.

Diſcite nunc iuuenes, Parnaſi ſcandere colles,
  Namq; aderit vobis alter in orbe Deus.
Magnus Alexander Farneſius, Inclyta proles,
  Romulidum ſplendor, Cardineiq; chori.
In quo ſe iactat virtus præſtantior Auro,
  Ingenium velox, & decus eloquii.
In quo floreſcunt mores, ſapientia, dotes
  Corporis, & probitas, inuiolata fides.
Alter Mœcenas toto celebrabitur orbe,
  Quandoquidem doctos doctus vbiq; fouet.

¶ Octauianus Canis Bononienſis.
Ad Lectores.

Antiqui finxere nouem celebrare ſorores
  Parnaſum, & Latices effluere inde ſacros.
Hos qui guſtarint numen traxiſſe putarunt,
  Et fieri vates protinus eximios.
Illius ergo ſacri, qui ſcandere culmina montis,
  Atq; haurire cupit caſtalios latices.
Hos emat, hos vigili mandet ſibi mente libellos,
  Namq; hic permeſſi fluminis vnda ſalit.
Hic eſt Parnaſus nitidis huberrimus vndis,
  Hic ſunt Pierides, Aonidumq; chorus.

Litteraꝶ.
- Mutæ Bcdfgpqt.
- Liquide veræ LR.
- Duplices
  - X, pro, c s.
  - Z, pro, s s.
- Aſpiratio H.
- Vocales Aeiou.

¶ Diphtōgi
- Au eu. proferuntur.
- Ae oe. profertur vltima.
- Ei, Grece Orphei.

¶ Scanſio in carminibus eſt legitima metri
In ſingulis pedibus diſtincta dimenſio,
¶ Metra dicuntur ſcandi metaphorice, ſicuti
Enim per ſcalarum gradus aſcendentes viciſſim
Atq; gradatim mutando pedes incedimus,
Ita ſcandendo carmina incedere videmur
In diſpōnendis atq; dimetientiendis pedibus.
¶ Metrum eſt ſtructura & copulatio pedum
Certo quodam numero finita atq; determinata,
¶ Verſus dicitur, quippe qui tam diu verti debet quo Ad recte conſtituatur.
¶ Carmen dicitur eoꝙ cantibus ſit aptum
¶ Carmen eſt duorum ad minus plurium ve
Pedum regulariter diſpoſitorum comprehenſio.
¶ Carmina ſuis pedibus conſtare & incedere dicuntur, veluti greſſibilia Animalia.
¶ Pes in carminibus dicitur, quoniā pedis offitio fungitur, Si quidem metra ipſa quum ſcanduntur. Quibuſdam qua ſi pedibus incedere vidētur. Et ſicuti Animalia impari tibia, ita etiam carmen falſa claudicat ſyllaba, dum indecoro ſono pronunciatur.
¶ Pes in carmine eſt duarum ad minus, Trium ve aut quatuor ad ſummū ſyllabarū certo comprehenſa ſpatio, ſiue
¶ Pes eſt ſyllabaꝶ ac temporum certa dimenſio conuenientium temporum ęquali menſura canora.
¶ Arſis & Theſis, quę latine ſublatio & poſitio dicuntur, ac

cidūt pedi, quoniā in pronūtiandis & ſcādēdis verſibus efferre primā partē pedis aut deprimere ſecūdā oportet.

℃Tempus eſt ipſa pronuntiandi ſyllabas mora la

℃Syllaba dicitur a ſyllambano ideſt ſimul capio, quoniam literas ſub vno accentu comprehendant.

℃Syllaba igitur eſt duarū ad minus literarum comprehenſio, ſub vno accentu & vno ſpiritu indiſtāter prolata. Abuſiue vocales dicuntur ſyllabę.

℃Corripere vel producere ſyllabas conſonantium eſt. Conſonantes enim nec corripiuntur neq; producuntur. Sed corripiunt aut producuntur vocales. Corripi igitur vel produci vocalium eſt.

℃Syllabæ primæ dicuntur, quæ ponuntur in principio dictionum, Mediæ quæ in medio, vltimæ vero quę in fine.

Syllabæ
- Breuis (quæ correptam habet vocalem) vnicum complectitur tempus.
- Longa, quæ longam habet vocalem, natura vel poſitiōe, & duo cōplectitur tēpora
- Communes, Ambiguæ ſeu ancipites dicuntur ſyllabę, quæ poſſunt corripi & produci in carminibus Auctoritate illuſtrium poetarum.

℃Syllaba breuis fuit prius reperta quam lōga ſicuti vnitas prior eſt quam dualitas.

℃Dactylus grece, digitum ſignificat, quippe qui aſſimilis eſt digito in iuncturis ſiue Articulis, In quatuor enim digitis longioribus prima iunctura longior eſt aliis duabus.

℃Dactylus, qui conſtat ex prima ſyllaba longa & duabus breuibus, vt Carmina .l. b b

Quatuor tempora inpronuntiatione complectitur.

l.l.℃Spondeus ex duabus conſtat ſyllabis longis, vt Cantant, & quatuor etiā tēpora cōplectitur ſicuti dactylus.

℃In temporibus igitur pares ſunt ſpondeus & dactylus,

Tantum quippe temporis conſumitur proferendo ſyllabam longam, quæ tractim & cum morula quadam temporis pronuntiatur. Quantum duas proferẽdo ſyllabas breues.

¶Spondeus, quem pleriq; pontifitium appellãt, Dictus eſt a ſpondi, quod fœdus ſeu libamentum, hoc eſt ſacrificium ſignificare inquiunt, Quoniam in templis olim vtebantur canendo ſpõdaicis carminibus, ne libantes quampiam Abhominoſæ vocis ſonum audirent.

l.b.¶Trocheus cõſtat ex prima ſyllaba longa & Altera breui vt Nocte.

¶Trocheus, qui & chonus & rutilus dicitur A mercurio repertus fuit, dictus autẽ eſt trocheus, metra ſiquidem trochaica volubiliter incedunt, veluti trochus inſtrumentum buxeum ſiue ligneum, quo pueri ludere ſolẽt.

b.l.¶Iambus cõſtat ex prima breui & altera longa, Deos

hor.¶Syllaba longa breui ſubiecta, vocatur iambus.

¶Iambus (quem Danaum ſiue gradarium Appellant) dictus fuit a contumelia, eſt enim carmen maledicum

oui.¶Póſt modo ſi perges, in te mihi liber iambus
Tincta lycambeo ſanguine tela dabit.

¶Huius carminis Inuentorem fuiſſe inquit Archilocum

hor. Archilocum proprio rabies Armauit iambo.

b b ¶Pyrrichius conſtat ex duabus breuibus, vt Dea

bbb ¶Tribrachus ex tribus breuibus, vt Dominus Eſtq; trium temporum

bbl ¶Anapeſtus dactylo contrarius conſtat ex primis duabus ſyllabis breuibus & altera longa, vt Venetos

bbbb¶Proceleuſmaticus ex quatuor breuibus, vt Ariete

¶Duo ſunt precipui, vel tres aut quatuor ad ſummũ legitimi peculiaresq; pedes, quibus vnum quodq; carmen heroicum hexametrum quin & verſus penthameter conficiuntur.

Dactylus ſcilicet & ſpondeus, & interdum Iambus atq; trocheus.

¶Nothi vero & non legitimi (qui rariſſime heroicos ver- ſus ingrediuntur) ſunt Anapeſtus Atqꝫ proceleuſmaticus.
¶Carmen heroicum hexametrum dixere, eoqꝫ heroum ge- ſta decantētur hoc carmine, quò Homerus poeta primus cecinit. Deliacum quoqꝫ dicebatur a Delio apolline.
¶Epos quia facilius hoc metro verba decurrunt.
¶Dicitur vero hexametrum ab hexa quod eſt ſex,& metro menſura a verbo metior metiris, verſus quippe hexame- ter ſyllabis longis atqꝫ breuibus metitur.Quū igitur ſex le gitimis conſtet pedibus. In primis 4 locis indifferēter ſu ſcipit tum Dactylos,tum Spōdeos,vt ifra Annotabimus,
¶Verum Quītus locus dactylo proprius eſt atqꝫ peculiaris: Sextus autem indifferēter ſpondeo vel trocheo, Si enim fuerit trocheus pro ſpondeo reputatur. Alioqui vno foret Tempore minor, nihil igitur refert nunquid vltima ſylla ba ſit breuis ſiquidē ibi pro longa reputatur,itaqꝫ
¶Sedes nulla datur preterq̄ ſexta trocheo.
ouid. Promittas facito quid enim promittere ledit
¶Spondeus itaqꝫ omnem ſibi vendicat locū preter quintū Sextus enī & vltimus locus iure optimo deberet eſſe ſpō- deo proprius,legitimus atqꝫ peculiaris,& ita
¶Omnes ſpondeo donare potes niſi quintum
¶Verſibus exametris ſemper debet pede poni
Dactylus in quinto,raro ſextum retinebit.
¶Solet tamē interdū,licet rarēter admodū.Auctoritate illu- ſtrū poetaꝝ,ſpōdeus quintā ſedē dactilo propriā iuadere.
vir.¶Cornua velatarum obuertimus Antennarum
iuu.¶In vallem egeriæ deſcendimus,& ſpeluncas
pſ. ¶Sic coſtam longo ſubduximus Appennino.
¶Iambo vel nulla vel tantum tertia detur
vir.¶Omnia vincit Amor & nos cedamus Amori
Luctus vbiqꝫ pauor & plurima mortis imago
oui.¶Mittit hypermeſtra de tot modo fratribus vni
Oſtentans artem pariter arcumqꝫ ſonantem
clau.¶Nam tibi Tymbre caput euandrius abſtulit enſis
¶Interdum Iambus in quarto ponitur loco

Clau. Lentus Arar Rodanusq; celer,& diues Hyberus,

¶ Verſibus itaq; hexametris,qui ſex habēt dimenſiones
Quinta ſedes Dactylo,Sexta ſpondeo propria eſt.
Reliquæ ſunt iis cōmunes,Dactylo ſcilicet & ſpōdeo
Dein Dactylus in quinto loco,& ſpondeus in ſexto.

¶ Primi 4 pedes exametri Carminis.

dactili. 4	Vina parant animos,faciuntq; caloribus aptos, Siue petis iuuenem iuuenes tibi mille placebunt.
ſpōde. 4	Nutritur vento,vento reſtinguitur ignis, Nam cœlo terras,& terris abſcidit vndas
dac.3. ſpō.1.	Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in aruis Cura Dei totidemq; plagæ tellure premuntur,
ſpō.3. dac.1.	Nec blandæ voces,iucundaq; murmura ceſſent, Maſſylum gentes prætentaq; ſyrtibus arua
dac.2. ſpō.2.	Arma virumq; cano Troię,qui primus ab oris Vtile propoſitum eſt ſæuas extinguere flammas
ſpō. 2. dac. 2.	Dum vires anniq; ſinunt tollerate labores, Non cœlo contenta ſuo eſt Iouis ira,ſed illum
dac.1. ſpō.1. dac.1. ſpō.1.	Siquis in hoc artem populo non nouit amandi, Vtilius ſumas acuentes lumina rutas,
ſpō.1. dac.1. dac.1. ſpō.1.	Vt corpus redimas ferrum patiaris & ignem, Et ſi nullus erit puluis tamen excute nullum,
dac.1. ſpō.2. dac.1.	Non minor eſt virtus (q̃ querere) parta tueri Principiis obſta ſero medicina paratur.
ſpō.1. dac.1. ſpō.2.	Eneruant animos cytharæ cantusq;,lyræq;, Vt templi tetigere gradus,procumbit vterq;,
dac.1. ſpō.3.	Summa petit liuor,perflant altiſſima venti, Oſſaq; poſt tergum magnæ iactate parentis

ſpõ.1. dac.3.

Si te cauſa potens dominę retinebit in vrbe,
Hoſtes quiſq; ſuos Amor eſt mihi cauſa ſequendi.

dac.2. ſpõ.1. dac.1.

Munera crede mihi placant hominesq; deosq;,
Quid faciet ſapiens ſtultus quoq; munere gaudet

ſpõ.2. dac.1. ſpõ.1.

Laudatas oſtendit auis iunonia pennas
Dum ſpectant lęſos oculi læduntur & ipſi

ſpõ.1. dac.1. ſpõ.2.

Delectant etiam caſtas preconia mentes,
Et conata loqui mugitus edidit ore,

dac.1. ſpõ.1. dac.2.

Sæpe pater dixit generum mihi filia debes,
Corpore pro nymphæ calamos tenuiſſe paluſtres.

¶ Verſus penthameter, ſiue penthametrus dicitur a pentha, quod eſt quinq;, & metro, ideſt, menſura, quaſi quinq; conſtans pedibus, inde ei inditum fuit nomen.

¶ Duo primi pedes penthametri communes ſunt Dactylo, & ſpondeo, poſſunt quippe eſſe duo Dactyli, vel duo ſpõdei, vel dactylus primus, & alter ſpondeus, Aut econuerſo, primus ſpondeus & ſecundus dactylus, veluti infra annotabitur. Quibus confeſtim annectitur penthimemeris longa, ſeu prima ceſura, quam ſemipedem vocitant. Dein huiuſcemodi verſus pēthameter immediate recipit duos dactylos cum altera ceſura, ſeu ſectione, quę ſemipes ſecũdus appellatur, hæc ſecunda cum altera priore quintum conficit pedem, vtpote ſpondeum, vel trochieum, & ita verſus penthameter quinq; conſtat pedibus.

¶ Duo primi pedes penthametri.

dac.2. ceſ.1.

Candida pax homines trux decet ira feras
Conſule de facie corporibusq; diem,

ſpõ.2. ceſ.1.

Placatur donis Iuppiter ipſe datis,
Ver præbet flores, igne leuatur hyems,

dac.1. ſpõ.1.

Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt,
Elige cui dicas tu mihi ſola places,

Verſatur

Spo. 1 Verſatur celeri ſors leuis orbe rota
Dact. 1 Suceſſore nouo vincitur omnis Amor.

. ¶Penthameter itaq; conſtat ex primis duobus pedibus Dactylicis vel ſpondaicis vel alternis & ſyllaba lōga terminãte partem orationis poſt ipſos. Demum ſumit duos dactylos cū altera penthimemeri ſiue ceſura longa vel breui.

¶In verſibus etiam penthametris poteſt eſſe iambus vt pote ceſura breuis licētioſa tñ poetaꝝ auctoritate

Oui. ¶In liquidum rediit ethera martis equis.

De Scanſione.

¶Aduerbium optantis O quę partem orationis conficit, ſequente E vel V in altera dictione non abiicitur in ſcanſione vt

Prop O ego ne tales poſſim ſentire dolores
Oui. O ego quãtum egi, q̄ vaſta potentia noſtra eſt
O vtinam tunc quum lacedemona claſſe petebat
Iuue. O Animam o mores cum qua dii nocte locuntur.

¶Vocalis in calce dictionis ſequente vocali. Apud illuſtres poetas non ſemper abiicitur vt

Virg. ¶Glauco & panopeę & Inoo Melicertæ

¶Colliſio (quã greci Synalephen ſiue eclypſim vocitant) fit, Quandocunq; dictio quæpiam definit in vocalem & ſequens incipit a vocali tunc illa vocalis præcedens abiicitur in ſcanſione.

Virg. ¶Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
Iuue. ¶Semper ego auditor tantum, nūq̄ ne reponam?

¶Item ſiqua dictio deſinit in M & ſequens incipiat a vocali tunc M ſimul cum ſua vocali precedente Atteritur vt.

Virg. Littora multum ille & terris iactatus & alto
Extremam vt perhibent Cœo enceladoq; ſororem
perſ. O curas hominum o quantum eſt in rebus inane

¶Eſt vbi binę vocales abiiciūtur, ne dum vna nã .v. vocalis nulla dictionis mutatione facta in conſo

nantem vertitur vt.

Stati. ¶Obnubit tenuia ora comis ac talia fletu

Ruf. ¶Tenuia & auguſto lumen iacit ore per ethram

Lucre ¶Tenuis enim mens eſt & mirę mobilis ipſa.

¶Littera ,s, finalis, hoc eſt in finę dictionis poſita. Sequente conſonante interdum abiicitur in ſcanſione ſola ,s, Abſq; illa vocali precedente, vt

Virg. Arboribus veteres decidere falcibus ramos

Mani Formoſos phœbus geminos cyllenius cancrum

Catu. Affixus noſtris tu dabis ſupplicium.

Lucre Nam ſi de nihilo fierent ex omnibus rebus
Flumina ſic oculis etiam bonus Anchus reiiquit.

¶Interdum vero ſequente vocali. Abiicitur in ſcanſione ,s, ſimul cum vocali precedente.

Virg. Aut ouium fetus aut vrentes culta capellas
Inter ſe coiiſſe viros & decernere ferro

¶In calce verſus hypermetri hoc eſt vna ſyllaba exuberãtis fit eclypſis ſiue ſubtractio in ſcãſione, illius vltimæ vocalis, vel litteræ, M, ſimul cum vocali precedente, Sed neceſſum eſt vt ſequens verſus incipiat a vocali.

Virg. Iactamur, doceas ignari hominumq; locorumq;
Erramus, vento huc vaſtis & fluctibus acti.
Ecce furens Animis aderat Tyrinthius omnemque
Acceſſum luſtrans.
Aut dulcis muſti vulcano decoquit humorem
Aut foliis vndam tepidi deſpumat Aheni.

¶Synereſis fit, quando in ſcanſione abiicitur altera vocalium in iſtis adverbiis.
Dehinc, Deinde, Deinceps.

Virg. Experiar tu deinde iubeto certet Amyntas
Eurum ad ſe Zephyrumq; vocat deinc talia fatur

¶Subducitur etiam in ſcanſione vna vocaliũ in iſtis dictionibus, dii, deę, quę licet ſint biſſyllabe pronũtiari debent monoſyllabę.
Dii quibus imperium hoc ſteterat ſuccurritis vrbi

Dii deę omnes ſtudium quibus Arua tueri
Itidem in iſtis.
Oui. Iidem oculi lucent eadem feritatis imago
Virg. Huic coniux ſicheus erat ditiſſimus agri
Cui pater intactam dederat, primiſq; iugarat
Semiiuſtus iacuit ſemianimiſq; fuit
Iuue. Indulſit pueris non vnquã deerit Amator
¶ Synereſis etiam plenũq; fit in ſcãſione quãdo duę vocales in vnam coguntur ſyllabam ſeu diphtongon, quippe que coniungit litteram litterę vel ſyllabam ſyllabę.
Iuue. Antonii gladios potuit contemnere ſi ſic
Virg. Atria dependent lychini laquearibus Aureis
Non erat hic Aries iulio ſpectabilis Aureo
Rege ſub euriſtheo fatis Iunonis iniquę
Fixerit æripidem ceruam Tyrinthius heros
Eſtq; ſyreneſcos deiectus fulmine phæton
¶ Dictiones quoq; per ſynereſim & eraſim producuntur vt Nil a nihil, Mi a mihi
Iuue. Nil erit vlterius quod noſtris moribus addat
Non mi Aurum poſco nec mi precium dedentis
O virgo noua mi facies inopina ve ſurgit
¶ Diereſis dirimit lr̃am a lr̃a vel ſyllabã a ſyllaba vt
Aulai in medio libabant pocula bacchi
Diues opum, diues pictai veſtis & Auri
Oui. Nunc quoq; te ſaluo perſoluenda mihi
Vt cecinit Naſo pelignæ gloria gentis.
¶ Diereſis quoq; dictiones plerumq; dirimit
Oui. Delicias legit quæ tibi cunq; meas
Hor. Quo me cunq; rapit tempeſtas deferor hoſpes
¶ Syſtoles figura fit quãdo ſyllaba longa corripitur
Obſtupui ſteteruntq; comę & vox faucibus heſit
¶ Littera, v, poſita poſt, g, q, s, ſequente altera vocali in eadem dictione perdit vim vocalis vt
Oui. Lingua fuit damno, lingua faciente loquaci
Obrutus inſanis eſſet adulter Aquis.

Et metus & male ſuada fames, & turpis egeſtas
Suadet enim veſana fames in prelia ſuetus
Munera ſunt lauri & ſuaue rubens yacintus.
Ipſe ſed in pratis Aries iam ſuaue rubenti
Tum caſia atq; aliis intexens ſuauibus herbis
¶ In ſequenti carmine videtur vocalis, v, correpta
Stati. Imo agite & poſitis quas nox inopina ſuaſit.

¶ Regulæ neceſſariæ.

¶ Vocalis ante vocalem in nominibus ſeu dictionibus latinis, ſemper fere corripitur
Virg. ¶ Sum pius ęneas raptos qui ex hoſte penates
Oui. Eſt Deus in nobis, ſunt & commertia cœli.
Conſule de facie corporibusq; diem.
¶ Producitur vocalis ante vocalem in hiis
Iuue. Si fortuna volet fies de rhectore conſul
Si volet hec eadem fies de conſule rhector
Hor. ¶ Breuis eſſe laboro obſcurus fio
Iuue. ¶ Sic creſcit numerus ſic fiunt octo mariti
Virg. ¶ Omnia iam fient fieri quæ poſſe negabam.
¶ Plurium vero ſyllabarum corripitur
Augu Quod mandat fieriq; iubet parere neceſſe eſt.
Iuue. Quid fieri non poſſe putes ſi iungitur vlla
Producitur vocalis ante vocalem in his ſequentibus dictionibus.
Perſ. Romulide ſaturi quid dia poemata narrent
Oui. Proximus eſt Aer illi leuitate locoq;
Mar. Aera per gelidum tenuis deducitur Axis
Priſ. Auriculas quibus & dicas cute perditus ohe
Iuue. ¶ Satur eſt quum dixit horatius ohe
Mar. ¶ Ohe iam ſatis eſt ohe libelle
¶ In nominibus autem grecis ſemper vocalis ante vocalem producitur.
Troas relliquias danaum atq; immitis achilli
Non mihi ſunt viſæ Clio clioſq; ſorores
Ante tibi eoꝛ Atlantides abſcondantur.
Virg. Pierides vos hec facietis maxima gallo

Gaur ¶ Dicite pierides quid maius ceſare? ceſar.
Doctius in terris quidue Marone? Maro.
Ceſa. ¶ Helectra Alcinoeq́ celenoq́ taigeteq́
Ger. Et ſterope meropeq́ ſimul formoſaq́ maia
Lumine non multo pleias certauerit aſtris
¶ In Genitiuis & Datiuis quintæ declinationis nūeri
ſingularis .i. ante,e,producitur vt
Ventum erat ad limen quinta iam parte diei
¶ In genitiuis pronominum quorūdam in ius facien-
tium,vocalis .i. eſt Ambigua
Virg. Vnius ob noxam & furias Aiacis oilei
Iuue. Vnius ſeſe dominum feciſſe lacertę
Virg. ¶ Poſt habita coluiſſe ſamo hic illius arma
Oui. ¶ Perdidit illius temporis Aura fidem
Luca. ¶ Magnanimosq́ duces totiuſq́ ex ordine gētis
Iuue. Cruraq́ totius facient tibi leuia gentis
Syl. Totius in ſeſe vulgi conuerterat ora
Luca. Mutat enim mundi naturam totius etas
Alterius corripitur ſemper Alius vero producitur
¶ Hec nomina ſunt ad placitum
Comedia,Tragedia,Elegia,Sophia,Platea
¶ Diphthongi, Ae,oe,au,eu,ei, vnum tempus & ſe-
mis habent & vtplurimum producuntur
Virg. Phœbe graues troię ſemper miſerate labores
Hor. Cœlum non animum mutant qui tranſmare currunt
Oui. Os homini ſublime dedit Cœlumq́ videre
Aurea nunc vere ſunt ſœcula plurimus Auro
Venit honos Auro conciliatur amor
Oui. Heu quantum per ſe candida forma valet
Hei mihi ꝙ nullis amor eſt meditabilis herbis
¶ Veꝝ diphtongi quādoq́ a claris poetis corripiūtur
ob vocalem immediate ſequentem vt
Virg. ¶ Stipitibus duris agitur ſubdibuſue preuſtis
Oui. Raptaturq́ comis per vim noua nupta prehenſis
Item dehinc deinde.
¶ In grecis etiam nominibus diphtongi producūtur

Eacus æginan genitricis nomine dixit
Gurgite iam medio portans œagrius hehrus,
¶Littere,x,&,z,habẽt vim duplicis conſonantis
Virg. Rex erat eneas nobis quo iuſtior alter
Oui. Vix erit e multis quę neget vna tibi.
Mani Axis in occiduus gemina clariſſimus Arcto
Oui. Nux ego iuncta vię quum ſim ſine crimine vitæ
A populo ſaxis pretereunte petor
Arma virum tabulæq; & troię gaza per vndas
Item,i,&,v,poſitę inter duas vocales habent vim duplicis conſonantis,vt
Troia iacet certe danais inuiſa puellis
Maior in exiguo regnabat corpore virtus
Sic ait,& Maia genitum demittit ab alto
Aurea maieſtas conuenit iſta deo.
Pompeius tenui iugulos aperire ſuſurro.
¶Verũ,i,&,v, in principio alicuius dictionis poſite aut iũctę vocalibus vel ſibi ipſis in eadem dictione ammittũt vim vocalis & fiunt conſonãtes
Iane biceps Anni tacite labentis origo
Ab Ioue principium magno deduxit Aratus
Iulius a magno demiſſum nomen Iulo
Vade per has vites quarum ſi carpſeris vuas
Veuit ſumma dies & ineluſtabile fatum
Vina parant Animos faciuntq; caloribus aptos
Sic volo ſic Iubeo,ſit pro ratione voluntas
Vultis & his mecum pariter conſiſtere regnis.
¶Quando poſt vocalẽ ſequũtur duæ conſonãtes aut vna duplex,illa vocalis precedẽs efficitur lõga,natura in eadẽ dictione, poſitione vero indiuerſis vt
Temporibus medicina valet,data tempore preſunt
Et data non apto tempore vina nocent
Iam ſeges eſt vbi troia fuit reſecandaq; falce
Aſt ego quæ diuum incedo regina iouiſq;
Et ſoror & coniux vna cum gente tot Annos
Rex Anius Rex idem hominum phebiq; ſacerdos

❡Littere, l, &, r, ſunt vere liquidę, ſiquidem pueri liquidam vocem habent, quãdo ſciunt proferre nomina in quibus continentur hæ due litere liquide, interdum, m, &, n, vel quia vocales precedentes faciunt Ancipites ſeu ambiguas, interdum ſcilicet breues interdũ vero longas. Quãdo igitur poſt vocalẽ ſuapte natura correptã in recto, in obliquis ſequitur muta cũ liquida, illa vocalis precedẽs in eadẽ dictione erit indiferẽs, poterit quippe breuiari per ſe, & elõgari propter mutã & liquidã vt

Virg. Albaniq; patres atq; altę menia romæ
Dexter ades patribuſq; tuis populoq; quirini
Occulta ad patres produxit crimina ſacros
Oui. Et volucri vacuo quicquid in orbe patet
Virg. Cum tacet omnis ager, pecudes pictęq; volucres

❡Si vero vocalis precedens fuerit naturaliter longa in recto, nequit breuiari in obliquis.

Quis matrem niſi mentis inops in funere nati
Flere vetet, non hoc ipſa monenda loco eſt.

❡Quando in calce dictionis fuerit aliqua vocalis ſuapte natura breuis, & poſt ipſam ſequantur duæ conſonantes vel, x, aut, z, illa vocalis precedens remanet breuis & non producitur vt

Non hic ſemper eris perdunt & gramina flores
Oui. Spes bona dat vires animum quoq; ſpes bona firmat
Viuere ſpe vidi qui moriturus erat
Virg. Ponite ſpes ſibi quiſque ſuas
Oui. In ſolio phœbus claris lucente ſmaragdis
Tu virides poteras pennis hebetare ſmaragdos
Luca. Terga ſedent rubro maculis diſtincta ſmaragdo
Talis fama canit tumidum ſuper equora xerſem
Pontibus inſtructis coniungit littora xerſes
Sanguine turbatus miſcebat littora xanthus
Iam medio apparet fluctu nemoroſa zacinthos

Dulichii ſarniiq; & quos tulit alta zacinthos
❡Vocalis correpta in fine dictionis quæ in vnam deſinit conſonantem & ſequens incipit a vocali Quãdoq; apoetis producitur vt
Virg. Inualidus etiam tremens etiam inſcius ęui
Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta
❡Interdum vocalis correpta ponitur pro lõga & nõ abiicitur in ſcanſione
Vade age caue ne titubes mandataq; frangas
Et longum formoſe vale vale inquit iolla
Liminaq; lauruſq; dei totuſq; moueri
Clamaſſent vt littus hyla hyla omne ſonaret
❡Nota aſpirationis, H, amittit vim litterę.
Apud verſificatores ,H, pro nihilo reputatur
Horridus herculeoq; humeros innixus Amictu.
❡Habet tamen quãdoq; vim conſonantis dumtaxat apud illuſtres poetas
Virg. Poſt habita coluiſſe ſamo hic illius arma
Iuue. Viuendum eſt recte cum propter plurima tum his
Oui. Clamaſſent vt littus hyla hyla omne ſonaret
❡Omnia preterita ponas diſſyllaba longa producũt quippe primã ſyllabã,ſimiliter in p̃teritis pluſquã perfectis, & futuris ſubiunctiui modi
❡Quãta igitur eſt prima ſyllaba in preterito tanta eſt in omnibus formatis ab eo.licet in preſenti corripiãtur,vt legerat,legerit,legiſſet,legiſſe.
Oui. Legerat huius Amor titulum nomenq; libelli
Hei mihi quid feci, niſi non ſapienter amaui
Vidi quod non vidiſti ſub iudice vidi
Inſcia quod noſtri viderunt lumina plector
Primus ſollicitos feciſti Romule ludos
Quum Iuuit viduos rapta ſabina viros
Oui. Odi concubitus qui non vtrinq; reſoluunt
Odimus accipitrem quia viuit ſemper in armis
Odero ſi potero ſi non inuitus amabo
Corripiuntur autem hec verba in preteritis vt bibit, ſcidit,

fidit, tulit, & ſua conpoſita vt protulit ebibit. Item genuit, poſuit, & quę habēt vocalem ante vocalem vt ruit, diruit, coegit.

Iuu. Qui dedit ergo tribus patruis acconita vehatur

Oui. Et qua tu biberis hac ego parte bibam
Hic ſteterat priami regia celſa ſenis

Luc. Qua mare tellurem ſubitis ait obruit vndis

Oui. Quod potuit fecit ne nil ageretur Amauit
Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes
Quam ferus & certe ferreus ille fuit

¶ Sunt quędam verba quę in preſenti tempore produ cuntur, in preterito autem corripiuntur.

Pone feram cohibe ſed quis cuſtodiat ipſos
Ponitur ad patrios barbata pręda Deos
Matre caret poſuitq; comas & brachia ferro
Remigium Alarum poſuitq; immania templa

¶ Verba inpreteritis geminātia habēt primam & quā doq; ſecundam ſyllabam breuem, vt

Totondit tetendit momordit ſpopondit pepulit peperit, fefellit, pependit.
A trabe ſublimi triſte pependit onus.
Qui cecidit ſtabili non erat ille gradu.
Ruſticus hic cecidit qui quondam lingua cecidit
Et perſæ cecinere magis te ſenſit hetruſtus
Quę Pepigere viri pepigerunt ante parentes.
Nauigio montem aſcendit forteſq; popoſcit.

¶ Omnia verba facientia preteritum in vi, ſupina vero biſſyllaba, in tum vt motum a moueo moui, habent primam ſyllabam productam, retinēt quippe vocalem longam ante tum.

¶ Corripiūtur autem hec itum quitum litum ſitum ſtatum ratum rutum ſtatum datum

¶ Sole ſatus phęton (Nos abiiſſe rati
Diruta marte tuo lerneſia męnia vidi
Hoc mihi ſorte datum.
Et paribus lita corpora guctis

Conſtituta fides ſuperum.
Quorum ſtata tempora flatus
Corripiuntur quoq; agnitum cognitum
Producuntur vero citus .i. velox, Accitus, excitus.
Excitus & longam pridem indignantia pacem
Virg. Excitum ruit ad portum, & littora complent
¶ Quanta eſt prima ſyllaba in tempore preſenti & in primitiuo, tãta ſolet eſſe in oĩbus deriuatis ab eo, cõpoſita enim ſeruant ſimplicium quantitatem & tempora, vt edocet perlegit, ebibit, quę corripiuntur ſicuti docet, legit, bibit.
¶ Corripiũtur etiam pleraq; a primitiuis deriuata licet vocalis mutetur vt a facio facis facit, ita inficit perficit, dummodo eadem conſonans remaneat.
¶ Corripiũtur preterea damus datis date datur dabat & compoſita vt circundare peſſundare.
Virg. Si datur Italiam ſociis, & rege recepto
Item poſuit, genuit, ſed demus detis det producũtur.
¶ Bi & tri in compoſitione corripiũtur, vt Biuium, Triuium, bidens, biceps.
Oui. Iane biceps Anni tacitæ labentis origo
Perſ. Et fixum in triuiis quum ſe dimittat ob Axem
Gorgonis, harpięq; & forma tricorporis vmbrę
¶ E, de, di, pre, ſe, In compoſitione producuntur, vt Educo, deduco, diduco, predico, ſepono.
Ede vbi conſiſtas in qua te quero proſeuca
Detrudunt naues ſcopulo leuat ipſe tridenti
Deteret exiguis aliquid proponimus illuc
Vt caderem meruiſſe manu, diuellimur inde
Diduxit ſcopulos & montem rupit Aceto.
¶ Sequente vero vnica conſonante vel, H, corripiũtur
Nec prece nec precio nec vi nec morte ſuprema
Huc precor huc veſtras omnes aduertite mentes
Et premitur ratione Animus vincitq; laborat.
Crinibus effuſis bellum dirimente ſabina
Cauſarum mediocris abeſt virtute diſerti

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat

¶Re prepoſitio in compoſitione eſt indifferens ſequen te autem ſimplici conſonante corripitur.

Palma negata mihi, donata reducit opimum
Semper ego auditor tantum, nunq̄ ne reponam
Que dederam ſupra repeto funemq; reduco
Et refer ad patrios bina trophea deos
Fas mihi graiorum ſacrata reſoluere iura
Queq; feros repuli doctis medicantibus ignes

¶Producuntur autem hæc

Quid refert dictis ignoſcat mutius an non
Quid refert italis verſus qua voce legantur
Omnia nec minimo ſane diſcrimine refert
Titire paſcentes a fulmine reiice capellas
Reiice ne maculis infuſcent vellera pullis

¶Hec a breuibus deriuata producuntur

Nil mihi reſpondes aut dic aut accipe calcem
Nil mihi reſcribas attamen ipſe veni
Redde parim nobis helenam menelaus habebit
Redde meos mihi redde meos, redde ı̄proba mores
Reddere quę ferrum valet exors ipſa ſecandi
Quem poſtq̄ celo non reperit aut ego fallor
Rettulit & ferro Rheſum Dolonaq; ceſos
Reppulit & celeri iuſſit abire fuga
Reppulit ac dominum æneam in regna recepit
Luc. Reppulit a lybicis immenſum ſyrtibus ęquor
Relligione ſacer priſca quo multa ſacerdos
Relligione patrum multos ſeruata per Annos
Troas relliquias danaum atq; immitis achilli
Atqui condiderat poſtq̄ non repperit Aurum
Aptauit collo quem reperit laqueum

¶Pro, in compoſitione eſt indifferens

Iuu. Si te propoſiti non dum pudet atq; eadem eſt mens
Oui. Vtile propoſitum eſt ſeuas extinguere flammas
Virg. Sed truncis oleę melius propagine vites

Perſ. Non poſſit magni Meſſallæ lippa propago.

Fœlices proauorum Atauos ſelicia dicas

Imperat & ventis Eure proterue tuis

Vna Eurus Nothusq; ruunt, creberq; procellis

Vt pronepos Neptunne tuus quem reddere vitam

Cui Neptunnus auus pronepos ego regis aquarum

Italiam fato profugus Lauinaq; venit.

Sta. Fraternas acies alternaq; regna profanis

Virg. Terrasq; tractusq; maris cœlumq; profundum

Luca. Ad Cinnas Mariosq; venis ſternere profecto

Vt proficiſcentem docui te ſæpe diuq;

Luc. Non aliter pluitona viro ſic mœſta profatur

Carminis incompti luſus lecture procaces

Turba ruunt in me luxurioſa proci

Debetur magnus patinæ ſubitusq; Promotheus

❡Sunt pleraq; nomina in nominatiuis ꝓducta, vt Sus, Grus, Bos, Pes.

Spem mentita ſeges, bos eſt enectus arando

Pes hæſit ramis.

❡Quæ in obliquis corripiuntur.

Eſo. A Boue maiori diſcat arare minor.

Velle latus digitis, & pede tange pedem.

❡Pleraq; deriuatiua a primitiuis excidunt.

Vltimus ardebit quem tegula ſola tuetur

Et tegat ornatas multa corona fores

Deueniunt prima & tellus & pronuba Iuno

Queritis vxori nubere nolo meæ

Terra tibi fruges amnis tibi deneget vndas

Quid ſtruis aut qua ſpe Lybicis teris otia terris.

Non mihi ſunt vires inimicos pellere tectis

Non ſalices ripa, robora monte virent.

Quidue dolens Regina deum tot voluere caſus

Ah neſcis longas regibus eſſe manus

Tantalides omnes ipſumq; regebat Achillem

❡Excitor & ſumma Theſea voce voco.

Hic pronomen ſequente vocali eſt indifferens.

Virg. Solus hic inflexit ſenſus animumq; labantem.
Mar. Hic eſt pampineis viridis modo veſtius vmbris
Virg. Hic vir hic eſt tibi quem promitti ſæpius audis
Hoccе erat alma parens q me per tela per hoſtes.

¶Hæc A breuibus deriuata producunt primam ſyllabam.

¶Abiicio, obiicio, ſubiicio, reiicio.

¶Binus, trinus, nonus, denus.

¶Ibo ibis ibit ibimus ibitis ibunt.

¶Caſeus eth uſc ſignatus imagine lunæ

Cunabula	Italia	Maceror
Fomes	Italus	Rapa
Fomentum	Iugera	Sæcula
Gradiuus	Iucundus	Sumen
Humor	Iunius	Tegula
Humidus	Iunior	Vires
	Iumentum	Vena
	Latrina	Venor.

Hæc a longis deriuata corripiuntur.

Aqua	Farina	Stabilis
Ariſta	Fragor	Sopor
Aceruus	Fragilis	Sigillum
Acerbus	Fides	Sagax
Bubulcus	Femur	Vada
Coma	Fatuus	Vices
Cuculus	Lolium	Quater
Dicax	Lego	Quaternus
Ducis	Lucerna	Oculus
Ducem	Regula	Omaſum
Duce	Manus	Ofella
Duces	Mamilla	
Diſertus	Titulus	
	Tigillum.	

¶De ſyllabis communibus ſiue ambiguis

¶Atlas Atlantis
Apulia
¶Bythinia
Britanus
¶Connubia
Criticus
Cacus
Cratis
Cyclopes
Cibeles
Contudit
¶Diana
¶Egeona
¶Fidenæ
Ficedula
Feralia
¶Hymen
Hymeneus
¶Italus
Italia
Liquor
¶Liquitur
Liquidus
¶Orion
Obiicio
¶Procuro
Propono
Profundus
Pyrenæ
Pachinnus
Palatium
Propago
Porſena
Patris patrem
Patri patre
Sycania
Sycanus a um
Sycheus
Sedilia
Syphaces
Retulit
Relatus a um
Repulit
Reperit
Reducit
Reiicit
Rubigo
Rudere
Rudentes

Creditur a pleriſq; omnia verba quę ſupra binas excreſcunt ſyllabas,fore ambigua, vel ſyllabas ſuapte natura breues per ſynereſin produci.

Tum gelidam tracem & opertum nubibus hemum
Et Mariſii onii tranſieritis aquas
¶Vtilis hec (Aram ſi dederitis) erit
Hauſtus aquę mihi nectar erit,vitamq; fatebor
Accepiſſe,ſimul vitam dederitis in vndis.
Copia nec vobis vllo prohibente videndi
Conſulis (vt limen contigeritis) erit.

¶De primis ſyllabis communibus.

Virg. Albaniq; patres atq; altæ mœnia Romæ
Perpetui ſoliti patres conſidere menſis.
Virg. Et genus e ſyluis cyclopum & montibus altis
Luſtra domoſq; traho,vaſtoſq; ab rupe cyclopas
Hor. Vt mala quem ſcabies & morbus regius vrget
Oui. Malo me galathea petit laſciua puella
Mar. Idem non fruſtra ventoſas addidit Alas

Dicimus aſſidue cras quoq; fiet idem neutri
Hinc Auguſtus agens italos in prelia cęſar
Coniecto ſternit iaculo volat itala cornus
Virg. Italiam fato profugus lauinaq; venit
Non licuit fines italos fataliaq; arua
Hor. Incipit ex illo montes Apulia notos
Perſ. Et quantum linguę ſitiat canis Apula tantum
Virg. Fida reor fraterna erycis portuſq; ſicanos
Sicano pretenta ſinu iacet inſula contra
Virg. Sic tibi quum fluctus ſubter labere ſicanos
Syl. Sicana tunc tellus nunc littora hybera cruorem
Vir. Preſtat trinanii metas luſtrare pachini
Oui. E quibus in biferos verſus pachinus ad auſtros
Virg. Et penitus toto diuiſos orbe britanos
Lucr. Nam quid britanis cœlum differre putamus.
Iuue. Quam͠q & cappadoces faciant equiteſq; Bythini
Syl. Bythino phrigioue ſatum ſed quem ſua noto
Virg. Anna fatebor enim miſeri poſt fata ſychei
Huic coniux ſycheus erat ditiſſimus agri
Virg. Hinc tibi nomentum & gabios vrbemq; fidenam
Iuue. Viuat fidenis & agello cedo paterno.
Virg. Tergeminamq; hecaten tria virginis ora Dianæ
Exercet Diana choros, quam mille ſequutę
Oui. Hic cacus horrendum tyberino gurgite monſtrum
Cacus auentinæ timor atq; infamia ſyluæ
Virg. Gradiuumq; patrem geticis qui preſidet Aruis
Oui. Et genus a magno ducentem forte gradiuo
Virg. Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus orion
Armatumq; auro circumſpicit oriona
Oui. Enſifer orion equore merſus erit
Oui. Haud metuam magni dixiſſe palatia cæli
Syl. Quam tanti fuerit cadere vt palatia cernas
Virg. Exeſa inuenies ſcabra rubigine pila
Mar. Vteris ore aliter nimiaq; rubigine captus
Virg. Solaq; culminibus ferali carmine bubo
Oui. Hinc quia buſta ferunt dixere feralia lucem

Virg. Syluarumq; aliæ flexos propaginis arcus
Eſſe ſinent, nimium vobis Romana propago.
Hor. Vt critici dicunt leuiter curare videntur
Aequalis liber eſt critice qui malus eſt.
Luc. Contigit alta ſedent ciuilis vulnera dextræ.
Oui. Nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu
Iuu. Laudo tamen vacuis ꝙ ſedem figere cumis
Virg. Liquitur & Zephyro putris ſe gleba reſoluit
Limus vt hic dureſcit & hæc vt cera liqueſcit
Coſmicus vt liquidis periit dum nabat in vndis.
Oui. Et tua ſic ſtygiis ſtrangulet ora liquor.
Perſ. Eliquat & tenero ſupplantat verba palato
Lucr. Craſſaq; conueniunt liquidis & liquida craſſis.
Lucr. Id rurſum cœli relatum membra receptant.
Oui. Eſſe fidem digitis ad fontem ſæpe relatis.
Virg. Eiectam claſſem ſotios a morte reduxit.
Lucr. Reducit Venus & reductum Dedala tellus.
Catu. Hymen o hymenæe hymen ades o hymenæe.
Vieg. Vincla recunſantum & ſera ſub nocte rudentum
Perſ. Findor vt Archadiæ pecuaria rudere credas.
Virg. Obiiciunt portas, tamen & præcepta faceſſunt.
Luc. Cur obicis magno tumulum manesq; vagantes.
Oui. Quæq; feros repuli doctis medicantibus ignes.
Luc. Repulit a Lybicis immenſum ſyrtibris equor.
Oui. Has poſtq̄ mœſto profudit pectore voces.
Syl. Impia dementis vulgi & vox tota profudit.
Iuu. Hiſcere tanq̄ habeas tria nomina, quando propinat.
Mar. Cenat propinat poſcit, negat, innuit, vna eſt.
Virg. Procurate viri & pugnam ſperate parati.
Oui. Riſit & his inquit facito mea tela procures.
Auſo. At qui condiderat poſtq̄ non repperit Aurum
Aptauit collo quem reperit laqueum

¶De mediis ſyllabis.

Media ſyllaba appellatur, quæ inter duo extrema cuiuſque dictionis interiacet.

¶ Genitiui in ius habent, i, penultimam communem, vt il-

lius

lius,iſtius,ipſius,nullius,totius.

Virg. Vnius obnoxam,et furias Aiacis oilei
Hic illius Arma, hic currus fuit.

Alterius corripitur,propter vocalem ſequentem

¶Corripitur quandoq; tragedia.

Producitur interdum philoſophia.

¶Corripitur,i,litera in medio dictionis, vt Altitonās, Armipotēs, Bellipotēs, oipotēs, cūctipotēs.

¶ I,et v,corripiuntur vt plurimum,vt ſpecubus
Corripuere ſacram effigiem manibusq; cruentis
Pars in fruſta ſecant, verubuſq; trementia figunt.

¶I, et v,per incrementum breuiantur vt legimus

¶Producuntur autem Audimus,auditis,ſitis, velitis, nolitis,item vbiq;,ibiq;,ibidem.

¶Tubicen nis,tubicinis vſus,corripiūtur Tibicen vero producitur vt tibicine tuſco,

¶ E,Ante i,in nominibus quintæ declinationis producitur Diei,Meridiei
Aulai in medio libabant Pocula bacchi

¶Modo vocalis precedat, ſin conſona vt ſpei, rei,illud e corripitur.

¶Syllaba penultima creſcentis producitur in his.
Telluris ſi forte velis cognoſcere cultus.
Virtutis vere cuſtos rigiduſq; ſatelles.
Via prima ſalutis,item honoris, doctoris,ſororis.

¶Verbum creſcens producit o,vt Amatote,docetote, legitote,auditote.

¶Producuntur A,e,o, in his creſcentibus vt
Amamus,amabam,amabo,amaueram,amares,amaretis,amarent.

¶Item in obliquis ſuperātibus rectū producūtur vt
Rerum,rebus, muſarum, deorum, dearum, deabus, duorum,duarum,duobus,duabus.
Quorū,quarum,amborum,ambobus,ambabus,

¶ I producitur interdum.

Iuue. Quanticunq; domus conſtet,

D

Man Omne quidem ſignum ſub qualicunq; figura
Syl. Ceu clamdeſtino traheretur fędere bellum
Hor. Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas
Man. Et clamdeſtinus ſurgentia fraudibus arma
Iuu. Quid facient alii, quom tu multicia ſumas
Paulatim qui longa domi redimicula ſumunt
perſ. Semper & aſſiduo curata curicula ſole
. Scire erat in voto damnoſa canicula quantum
Mar. Dat tibi ſecuros vilis țegeticula ſomnos

¶ I corripitur interdum.

Mar. Coccina famoſę donas & ianthina mechæ
pper. Colchis flagrantes adamantina ſub iuga tauros
Oui. Thura liquefaciunt inductaq; cornibus Aurum
Interior glacies quo liquefacta notho.

¶ De mediis ſillabis communibus.

Virg. Nec non tarquinium eiectum porſena iubebat
Hanc ſpectare manum porſena non potuit
Iuu. Tolle tuum precor Annibalem victumq; ſyphacem
Clau. Conpulimus dirum ſyphacem fractumq; metello
Virg. Sidoniaſq; oſtentat opes vrbemq; paratam
Obſtupuit primo aſpectu ſydonia Dido
Connubio iungam ſtabili propriamq; dicabo
Cuiq; loci leges dedimus, connubia noſtra
Cla. Hec centum gemini ſanctos ęgeonis enſes
Oui. Egeona ſuis inmania terga lacertis
Mar. Hinc viduę cybeles illinc ſacraria veſtę
Hor. Speratum meritis diram qui contudit hydram
Enn. Viroſq; valentes contudit crudelis hyems
Contudit indigno, bello confecit acerbo.
Luc. Enſiferi nimium fulget latus Orionis
Oui. Aut elicem iuleo nitidumq; orionis enſem
Iuue. Mergere ficedulas didicit nebulone parente
Mar. Cerea quæ patulo lucet ficedula lumbo.

¶ De vltimis Syllabis.

¶ Corripere vel producere conſonantium eſt.
Corripi autem vel produci vocalium.

¶Conſonantes enim neq; corripiuntur neq; producun tur,ſed corripiunt aut producunt vocales.

¶Vltima ſyllaba dicitur ea qua terminatur dictio quę libet, Monoſyllabę a ſemetipſis incipiunt et in ſe ipſas terminantur.

¶De terminatis in a.

¶Nominatiui & Vocatiui ſingularis numeri primæ de clinationis in a terminantes corripiuntur, vt.

Oui. Troia iacet certe danais inuiſa puellis.
Virg. Muſa mihi cauſas memora,quo numine leſo
Ham. Dic mihi muſa virum,captæ poſt tempora troię

¶Nominatiui & Accuſatiui pluralis numeri & generis neutri in ȝ. declinatiōe & in a terminati corripiunt.

Oui. Munera crede mihi placant homineſq; deoſq;
Tempora labuntur tacitiſq; ſeneſcimus Annis
Virg. Arma virumq; cano troię qui primus ab oris
Arma amens capio,nec ſat rationis in Armis

¶Accuſatiui ſingularis numeri etiam ȝ declinationis in a terminantes more gręco corripiuntur.

Hectora donauit priamo prece motus Achilles
Hectora neſcio quem timeo,paris hectora dixit

¶Aduerbia hec corripiuntur.

pper. Non ita dardanio gauiſus Atrida triumpho
Oui. Non ita ſemper eris,perdunt & gramina flores
Heu quia nam tanti cinxerunt Ethera nimbi
Seu quia tot digiti per quos numerare ſolemus
Perſ. Hoc puta non iuſtum eſt,illud male rectius iſtud

¶Numeralia in genta corripiuntur.

Iuu. Quadrigenta dedit gracchus ſextertia dotem
Quadrigenta parat quid confert purpura maius

¶In ginta vero producuntur.

Virg. Triginta capitum fœtus enixa iacebit.
Triginta magnos voluendis menſibus orbes
Quinquaginta intus thalami,ſpes tanta nepotum
Man. Et quinquaginta regum,regemq; potentem

¶Indifferenter quandoqꝫ ſunt hæc aduerbia.

Erumnę cumulus quod nondum ac fruſtra rogantem
Ruf. Ima vehunt celi luxit dum fruſtra frequenter

¶Producuntur vero hec Aduerbia et prepoſitiones.

Ser. Curaqꝫ nil prodeſt, nec ducitur vltra cicatrix
Iuu. Vltra ſauromatas fugere hinc libet, et glacialem
Hor. Quos vltra citraqꝫ nequit conſiſtere virtus
Oui. Extra fortunam eſt, quicquid donatur Amicis
Virg. Intra tecta vocat menelaum, et limina pandit
Interea magno miſceri murmure pontum
Preterea haud ſupplex Aris imponit honorem

¶Ablatiui primę declinationis in a, producuntur.

Virg. Irrita perpetua ſoluent formidine terras
Tu procul a patria, nec fit mihi credere, terra.
Omnibus in morem, tonſa, coma preſſa corona
Iuue. Ite quibus grata eſt picta, lupa barbara, mitra.

¶Vocatiui (grece) in a, terminantes producuntur.

Certus es enea cum fœdere ſoluere naues
Coniugio Anchiſa veneris dignate ſuperbo
Anchiſa generate deum certiſſima proles
Tempus Acla veniet tua quo ſpoliabitur Auro
Clamaſſent vt littus hyla hyla omne ſonaret
Non hæc o palla dederas promiſſa parenti
Non tegea non ipſa deo vacat alite felix
Sta. Te nemea tibi lerna comes lariſſaqꝫ ſupplex

¶Imperatiui verborum in a, producuntur.

Virg. Muſa mihi cauſas memora quo numine læſo
ꝓper. Aut ſi es dura nega, ſin es non dura, venito

¶Prepoſitio a, producitur.

Virg. Ecce autem gemini A Tenedo tranquilla per Alta
Oui. A trabe ſublimi triſte pependit onus.

¶Terminata in e.

¶Polliſyllabę in Nominatiuis, Vocatiuis, Accuſatiuis et Ablatiuis, numeri ſingularis tam ſecundę quam tertiæ declinationis corripiuntur.

Virg. O formoſe puer nimium ne crede colori

Quiſq; ſuos patimur manes.
Oui. Quiſq; ſuam laudet, ſtudiis certamina creſcunt
Virg. Tale tuum carmen nobis diuine poeta
Quale ſopor feſſis in gramine, quale per eſtum
In mare dum fluuii current, dum montibus vmbre
Monte ſub hoc gelido tegitur baliſta ſepultus.

¶Omnia preterita indicatiui modi corripiuntur.

Virg. Oenotrii coluere viri, nunc fama minores
Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem
Conſpexere ſilent arrectiſq; Auribus aſtant.

¶Præſens & preteritum pluſquam perfectum
Infinitiui corripiuntur.

Virg. Ere ciere viros martemq; accendere cantu
Oui. Haud timeam magni dixiſſe palatia celi
Dicere quæ pudet, ſcribere iuſſit Amor
Ant. Fodere non valeo, ſed mendicare rubeſco.

¶Imperatiui tertiæ coniugationis corripiuntur.

Virg. Incipe dameta, tu deinde ſequere menalca
Tu caue noſtra tuo contemnas carmina fauſtu
Hor. Vade vale & caue ne titubes mandataq; frangas
Oui. Vade per vrbane ſpendula caſtra togæ.

¶Imperatiui verborum ſecūdę cōiugationis producunt.

Tu vatem tu diua mone, dicam horrida bella
Et logum formoſe vale vale inquit iolla

¶Declinationis I ⟨ Grūs Drūs ſin. / Nrūs Vrtūs plu. ⟩ omnes

Producuntur, quoniam diphtongon habent
Hor. Romæ tibur amem, ventoſus tibure romam.

¶Ablatiui tertiæ declinationis iſti producuntur

Virg. Obiicit ille fame rapida tria guttura pandens
Lucr. Inbribus aut tabe membrorum ambuſta vacillant

¶Ablatiui quintæ declinationis producuntur vt
Facie, ſpecie, pridie, poſtridie meridie &

Virg. Bina die ſiccant ouis hubera, quos tibi ſeruo
Biſq; die numerant ambo pecus alter & hedos.
Iuu. Res hodie minor eſt here quam fuit atq; eadem cras

Oui. Fecerunt facie triſtis horeſte tua
¶Polliſyllabæ a Græcis deriuatæ tertiæ declinationis producuntur.
Vir. Vos o Callyope precor, aſpirate canenti.
Titide, me ne Iliacis occumbere campis?
Oui. Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlyxes.
Iuu. Penelope melius, leuius torqueris Arachne.
¶Producuntur hæ Monoſyllabæ.
Oui. Me duce damnoſas homines compeſcite curas,
Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter.
Vir. Te duce ſiqua manent, ſceleris veſtigia noſtri,
Qui ſe quod patitur, commeruiſſe neget.
¶Quæ relatiuum producitur.
Quæ tibi pro tali reddam pro carmine dona?
¶Quæ pro &, coniunctio, corripitur.
Arma virumq; cano Troie, qui primus ab oris
Italiam fato profugus, Lauinaq; venit
¶Quæ coniunctio ſæpe apud illuſtres
Poetas reperitur producta, vt,
Virg. Liminaq;, laurusq; dei, totusq; moueri.
Terrasq;, tractusq; maris, cœlumq; profundum,
Drymonq;, Xantoq;, Lygeaq;, Phyllodoceq;
Lappeq;, tribuleq;, traheeq;.
¶Ne, pro non, producitur.
Virg. Tu ne cede malis, ſed contra audientior ito
Perſ. Ne mihi polidamas, & troades labeonem.
¶Ne pro an interrogatiue corripitur.
Iuu. Tu ne duos vna ſæuiſſima vipera cœna?
Tu ne duos? ſeptem, ſi ſeptem forte fuiſſent,
Non ne fuit melius, q̃ tecum puſio dormit.
Virg. Qui teneant, nam inculta vident hoies ne feræ ne.
¶Ve, pro &, corripitur.
Virg. Quidue dolens regina deum tot voluere caſus,
Quoue tenetis iter, quærenti talibus ille.
Oui. Et liquid facies, dicesue proteruius æquo,
¶Corripiuntur aduerbia hæc.

Oui. Non bene conueniunt,nec in vna ſede morantur,
Virg. Quam bene apud memores veteris ſtat gratia facti
Oui. Quod male perſuades,vtinam bene cogere poſſes
Sæpe bibi ſuccos quamuis inuitus amaros
Nempe dat,& quodcunq; libet fortuna rapitq;
Virg. Forte ſub arguta conſcenderat ilice Daphnis
Ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctum.
Virg. Pone ſequens dextra puppim tenet,ipſaq; dorſo
Oui. Pone legit,ſinuatq; immenſa volumine terga.
Iuue. Bis iam pene tibi Conſul trigeſimus inſtat
Flos apprime tenax,
Non impune feres,
¶Producuntur hęc aduerbia,belle,
iuſte,docte,& hæc.
Virg. Quod minime reris graia pendetur ab vrbe.
Iuue. Letitiæ clamabat enim pulcre bene recte
Certe ſanus eras,vxorem poſthume ducis
Perſ. Tu recte facies,ſi curas eſſe,quod audis.
Oui. Forſitan & quare mea ſint alterna requiris.
Virg. Iamq; fere ſicco ſubductæ littore puppes.
Iuue. Nulla fere cauſa eſt in qua non fœmina litem.
Luc. Mobilis,& varia eſt ferme natura malorum.
Mart. Declamas belle cauſas agis.Attale belle,
lib.ii. Et belle cantas,& ſaltas Attale belle.
¶E corripitur interdum apud illuſtres Poetas.
Virg. Inſulę Ionio in magno quas dira celeno
Harpięq; colunt aliæ
¶Terminata in,i,ad placitum ſunt.
I finalis efficitur,communis,ſeu indifferens,in his
dictionibus,nam ſemper prima eſt breuis,
Vltima uero communis.
Non mihi ſi linguę centum ſint,oraq; centum
Nil mihi reſcribas,attamen ipſe veni
Muſa mihi cauſas memora,quo numine læſo
Ipſa mihi dixi,ſi valet ipſe venit.
Sint tibi virtutes,ſint numina quæq; decori,

Eſt tibi ſitq; precor natus qui mollibus annis
℄Nil conſcire ſibi nulla palleſcere culpa
Hoc ſibi pulcra ſuum ferri proſerpina munus
℄Si niſi quæ facie poterit te digna videri
Turpe niſi hoc matris precibus tribuiſſet achilles
Oui. ℄ ſic vbi fata vocant vdis abiectus in herbis
Nunquid vbi aſpecta eſt ſtudioſe littera dextræ
℄Nil ibi quod nobis excutiatur erit
Ter conatus ibi collo dare brachia circum
℄Verba in i,terminata producuntur,hæc.
Cur aliquid uidi, cur noxia lumina feci
Vidi quod non vidiſti ſub iudere vidi
Quod potui puero ſyluestri ex arbore nata
Sepe bibi ſuccos quamuis inuitus Amaros
℄Solet interdum i, natura longum breuiari
ſequente vocali,vt.
Virg. Credimus an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt.
℄In Rectis & obliquis i,producitur.
Virg. Quid domini facient audent quom talia fures
Nil noſtri miſerere,mori me deniq; cogis
Parta meæ veneri ſunt munera namq; notaui
Molli paulatim flaueſcet campus Ariſta
℄in vtis grecis a ntis in is venientibus corripitur.
Mirabar quid meſta deos Amarilli vocares
Daphni tuum penos etiam gemuiſſe leones
O crudelis Alexi nihil mea carmina curas
Nil noſtri miſerere mori me deniq; cogis
Iri decus celi.
Tybri pater poſcunt acies & fœdera rumpunt
℄Si vero fuerit ſynereſis vel diphtongus apud grecos,tunc vertitur in i, longum Apud latinos.
Virg. Orphi calliope lino formoſus apollo
Tindaridi poterat gaudia ferre ſua
℄Terminata in v, producuntur vt
Gelu,veru,fructu,& hæc.
Virg. Nuda genu nodoq; ſinus collecta fluentes.
Iam

Iam cornu petat,& pedibus qui ſpargat Arenam
Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem.
¶ Terminata iO verba & Aduerbia hęc corripiũtur.
Nunc ſcio quid ſit Amor
Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos
Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Iuue. ¶ Et cito rapturus de nobilitate comeſa
Oui. ¶ Si cito ſenciſſes quantum peccare paraſſes
¶ Qui modo naſonis fueramus quinque libelli
¶ Producuntur Datiui & Ablatiui ſecundę declinatio nis & numeri ſingularis,vt
Virg. Decedo ac ducente deo flammam inter & hoſtes.
Iuue. Tertius e celo cecidit cato,ſed tamen vnde
Virg. Malo me galathea petit laſciua puella.
¶ Gerundia producuntur.
Virg. Cantando tu illum,haud vnq̃ tibi fiſtula cera
Frigidus inpratis cantando rumpitur anguis
Canto quæ ſolitus ſi quando armenta vocabat.
Plurimus hic eger moritur vigilando ſed illum
¶ Producuntur Aduerbia hæc
Virg. Continuo ſontes vltrix accincta flagello
Continuo auditę voces mugitus & ingens
Gall. ¶ Et ſubito caſu quæ valuere ruunt
Oui. ¶ Sed quanto minus ire voles,magis ire memento
Ambo conſpicui niue candidioribus ambo
¶ Producuntur Monoſyllaba hęc ſto, flo,&
Do tibi naumachiam tu das epygrammata nobis.
O regina nouam cui condere Iuppiter vrbem
O virgo noua mi facies inopina ve ſurgit
¶ Nomina greca fęminina producuntur,vt
Mantho, ſapho,& hęc.
Oui. ¶ Non mihi ſunt viſę clio clioſq̃ ſorores
Ruf. ¶ Sic Argo rutilam tantum inter ſidera puppim
Luca. Effera damnatur nimię pietatis ericto
Quę celebrat thermas eccho & ſtagna alta neronis
Virg. Reginam Allecto ſtimulis agit vndiq̃ bacchi

Alleꝛoqꝫ nouam faciem & furialia verba
Quis tibi tunc Dido cernenti talia ſenſus
Forſitan & grauidam Dido ſcelerate relinquis
Certus es ire tamen miſeramqꝫ relinquere Dido.
¶Nomina & verba polliſyllaba communia ſunt
ſeu libere ponuntur a poetis.
Vt tua metra petunt o ponas, vt leo virgo
O virgo noua mi facies inopina ve ſurgit.
Virgo decus celi ſalue ſanꝛiſſima mater
¶Item aduerbia hæc profeꝛo, crebro, ſedulo, illico
Sero memor thalami meſtæ ſolatia matri.
Tib. Heu ſero reuocatur amor ſeroqꝫ iuuenta
Aug. Ergo ne ſuppremam potuit vox improba vocem
perſ. ¶Vel duo vel nemo turpe & miſerabile quare
Nemo repente fuit turpiſſimus, accipient te
Iuue. Tertius e celo cecidit cato ſed tamen vnde
Mar. Si cato reddatur ceſarianus erit
Virg. ¶Quis te magne cato tacitum aut te coſſe relinquat
Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
Perſ. Hec ego quum ſcribo, ſi forte quid aptius exit
Iuue. Sed libertinus prior eſt prior inquit ego ſum
Oui. Sed quid ego reuoco Diꝛis his omen adeſto
Virg. Auſus ego primus caſtos violare penates
Stat. Sed quid ego feſſos optatis demoror vndis
Monoſyllaba in As terminata producuntur
Fas aut ille finit ſuperi regnator olimpi
Mar. Tu mihi das Auię qualia mane ſoles
¶Producuntur hęc polliſyllaba vt
Dignitas, ciuitas, muſas, cantas.
Maieſtas, & ſi funeſta pecunia templo
Corripiuntur nominatiui ſingulares tertiæ declinatio
nis terminātes Genitiuū i is vel in os more greco vt
Archas, lampas, hyadas, pliadas, naias.
Oui. Vt vidit vultus pallas in Amne ſuos
Vulneris auxilium pelias haſta tulit
Perſ. Quid non intus habet, nou, hic eſt ilias acci

¶ Accuſatiui plurales Grecorum in as corripiuntur.

Oui. Inte fingebam violentos troas ituros

Virg. Aonas in montes vt duxerit vna ſororum
Cycladas vt crebris legimus freta concita ventis

Iuue. Fingentes inanes lyſtrigonas Atq; cyclopas

Mar. Ad matrem fugiet panthus ad menadas orpheus
Sardonicas ſmaragdos Adamantas iaſpidas vno
Portat in Articulo ſtella ſeuere meus

¶ Nomina tam latina quam greca in es terminata producuntur.

Tib. Spes alit agricolas,ſpes cultis credite Aratis

Oui. Credula res Amor eſt,vtinam temeraria dicar
Et puto pes illi longior alter erat.

Iuue. Hinc ſtomacho bilis,nam pes argenteus illis

Virg. Qualis apes eſtate noua per florida rura
Populus influuiis Abies in montibus altis
Quam fixam paries illos ſeruabat in vſus

Luca. Berillo paries & lubrica iaſpide ſurgat

Virg. Flaua ceres alto nequicq̄ ſpectat olimpo
Stat ſonipes & frena ferox ſpumantia mandit
Infandi cyclopes & altis montibus errant
Heu pietas,heu priſca fides inuictaq; bello
Tollit ſe accinctum quadrupes & calcibus omnes

Hor. Si meliora Dies vt vina poemata reddit

Syl. Fatalis Dido lybies appellitur oris

Luca. Hic Aries auidis diſperſam ſaxa lacertis

¶ Terminata in es corripiuntur hæc
Soſpes,hebes,ſtipes,hoſpes.

Oui. Viuitur ex rapto,non hoſpes ab hoſpite tutus.

¶ Item Mere greca pluralis numeri,vt
Illiades,pierides,hyades traces,ſaxones,garamātes

¶ Item corripiuntur hæc.

Iuue. Quam nec terribiles cymbri nec britones vnquam

Luc. Pugnaces pictis cohibebant Britones Armis

Virg. Archades in medio,rumpantur vt ilia codro
Ante tibi eoæ Atlantides abſcondantur

Oui. Naiades hęc pomis & odoris flore repletum
At procul in ſola ſecretæ troades acta
Oui. Miles erat phebes,& hoſtis vt hoſpes init
Iam ſeges eſt vbi troia fuit reſecandaq; falce
Virg. Huc ades o melibęe,caper tibi ſaluus & hedi
Iuue. Diues erit magno quę dormit tertia lecto
ꝓper. Et contra magnum potes os attollere ſolem
Hor. Si potes Archiacis conuiua recumbere lectis
Quem penes arbitrium eſt & vis & norma loquendi
ꝓper. Quem penes inſani fremitus Animiq; profanus
Virg. Quiſquis es Armatus qui noſtra ad flumina tendis
Fur es ait pedio pedius,quid crimina raſis
¶ Indifferentes plerumq; reperiuntur,vt
Paries,Abies,Aries,pes cum ſuis compoſitis vt lori-
pes,tripes,quadrupes
¶ Is in calce dictionis.
¶ Corripiũtur Nominatiui ſingulares in is terminātes
Virg. Quiſquis es ammiſſos hinc iam obliuiſcere graios
Oui. Hectora quiſquis is eſt ſi ſum tibi cura caueto
Virg. Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis
Cum Danaus phrygias verteret ignis opes
Stat. Exerti ingentes humeros clamys horrida pendet.
Oui. Dicta bis antiquum ſyllaba nomen erat
Eſt chęlis illa dehinc tenero quam luſit in Antro.
¶ Corripiuntur Gti ſingularis tertiæ declinationis
Virg. Num latet in tepido palladis haſta ſinu
Mar. O dilecta deis o magni ceſaris arbor
Cato. Fer patris imperium quom verbis exit in iram
¶ Item nomina quę faciunt genitiuum in is vel ontis
Oui. Interea volucres pyrois eous & ethon
Solis equi
¶ Producũtur erimnis Thetis itē & datiui & ablatiui
pluralis primæ declinationis.
Oui. Illa meis oculis ſpecies abeuntis inheret
Quum premeret portus claſſis itura meos
Et venus in venis ignis in igne fuit.

Hac ibat ſymois hic eſt ſigeia tellus
Lis eſt cum forma magna pudicitiæ
Teq; ſibi generum thetis emat omnibus vndis
¶Item aduerbiũ hoc
Virg Quamuis ille niger quamuis tu candidus eſſes
Quamuis elyſios miretur Grecia campos
¶Queis pro quibus producitur.
pper. Queis ego nunc pereo ſimiles moriturus Amantes
¶Corripiuntur verba hec.
Oui. Ibis & omiſeram cui me violente relinquis
Quam legis a rapta briſeide litera venit.
Quid facis oenone cur Arenę ſemina mandas
pper. Et ſoror & cum qua dormis Amica ſimul
Iuu. Nulla crepido vacat quom poſſis honeſtius illic
¶Producuntur verba hec.
Hor. Non poſſis oculo quantum contendere lynceus
Virg. Adſis o tegeęe fauens oleęq; minerua
Vis ergo inter nos quid poſſit vterq; viciſſim
Expectate venis vbi te poſt multa tuorum
Oui. Tu quoq; fac proſis intra tua clauſtra iacenti
Sis argumentum maius an auxilium
Triſtis abis oculis abeuntem proſequor vdis
Neſcis ah neſcis dominæ faſtidia romæ.
Mar. Quid tibi vis vrbem quid fabiane petis
Hor. ¶Quilibet Argilla quod vis imitabitur vda
Mar. Eſſe velis oro ſerus conuiua tonantis.
¶Producuntur Anomala nolis Mauis
¶In os terminata.
¶Producũtur Accuſatiui plurales ſecũdę declinatiõis
Deos, Dominos, & hec latina & greca
Monoſyllaba vt Dos &
Virg. Tros ait enea ceſſas in uota preceſq;
Tros Anchiſiade facilis Deſcenſus auerni.
Oui. Huius erictonius tros eſt generatus ab illo.
Bos aret, ignauum teſtificate ſuem
Hor. Spem mentita ſeges, Bos eſt enectus Arando

Virg. Os humeroſq; deo ſimilis, namq; ipſa decoram
¶ Androgeos offert nobis ſoria agmina credens
Quantus Athos aut quantus erix
Iuu. Velificatus Athos & quicquid grecia mendax
¶ Corripiuntur ex latinis nominibus hec
Os oſſis, compos & impos.
Ex grecis vero minos, argos, delos, & hec
Oui. Ilios & murus quod fuit ante ſolum
Nec ſenis cetę regia lemnos erat
Me chaos antiquum (nam ſum res priſca) vocabāt.
Dulichium ſamoſq; & neritos ardua ſaxis
¶ Item Genitiui grecorum in os
pper. Turba menandreę fuerat nec Thaidos olim
Stat. Archados atq; alio capaneus honore canendus
Mar. Pallados & templi limina Coſme tui
¶ Corripitur vs in fine dictionum apud latinos
Mar. Gaudet in effoſis habitare cuniculus antris
Eſt lupus eſt agnus ſitit hic ſitit ille fluentum
Eſt locus heſperiam grai cognomine dicunt
Eſt Deus in nobis ſunt & commertia celi
Tempus edax rerum tuq; inuidioſa vetuſtas
Tempus in Apricis maturat collibus vuas
In nemus ire parant
Iam ſumus ergo pares
¶ Producuntur autem hæc.
Virtus eſt vitium fugere & ſapientia prima
Virtus eſt medium vitiorum vtrinq; reductum
Omnia ſponte ſua tellus inarata ferebat
Luc. Non dum poſt genitos tellus effeta gigantes
Virg. Ille latus niueum molli fultus hyacintho
¶ Producuntur nomina greca vt
Manthus, Edipus, Melampus calippus, hydrus.
Virg. Panthus otriades arcis phœbiq; ſacerdos
Eſt Amathus & celſa mihi paphus atq; cythera
¶ Item monoſyllaba, thus, rus, mus, ſus, &
Iuue. Plus aloes q̃ mellis habet

Preſcripti reges rupili pus atq; venenum

¶ Producuntur Genitiui ſingulares quartæ declinationis cum Accuſatiuis pluralis, vt viſus & hec.

Adde manus in vincla meas meruere cathenas

Vna ſalus ambobus erit

Virg. ¶ Fata obſtaut triſtiq; palus innabilis vnda

Hor. ¶ Regis opus ſterilisq; diu palus aptaq; remis

¶ Corripiuntur terminata in B,D,T, ſequente vocali vt.

Quid, quod, ſed, aliud, caput, occiput,

Amat, docet, legit, audit, item.

Heu furię num totum abiiit in corpore ferrum

Virg. Forte ſub arguta conſcenderat ilice daphnis

Oui. Viuitur ex rapto non hoſpes ab hoſpite tutus

Luc. Solus ab heſperia non flexit lumina terra

Mar. Alter ab aduerſa reſpondens etheris ora

Iuue. Preterea ſanctum nihil eſt & ab inguine tutum

Oui. ¶ Nec quod habet numerat tãtũ quod nõ habet optat

¶ Nec quod abeſt hic me tecum mirere relictam

Iuue. Sinciput elixi pharioq; madentis aceto

¶ Producuntur Aut, haud, abiit, obiit.

Iuue. Magnus ciuis obit & formidatus othoni

¶ Terminata in H, producuntur vt vah.

¶ Terminata in C, producuntur hec

Virg. Hoc erat Alma parens ꝙ me per tela per hoſtes

Hoc opus hic labor eſt, pauci quos ęquus amauit

Poſt habita coluiſſe ſamo hic illius arma

Oui. Sic vbi fata vocant vdis abiiectus in vndis

Luca. Sic eat o ſuperi quoniam pietaſq; fideſq;

Oui. Et dic ardoris ſit rogus iſte mei

Luca. Duc age per ſcynthię populos per inoſpita ſyrtis

Oui. Durius incedit, fac ambulet omne papillo

¶ Corripiuntur hec

Oui. Phylli fac expectes demophoonta tuum

Et dixit referas iſta face arma ioui

Parue nec inuideo ſine me liber ibis in vrbem

O nec ad huc iuuenis nec iam puer, vtilis etas
Donec eris fœlix multos numerabis Amicos
Donec eras ſimplex Animum cum corpore amaui
¶Hic pronomen eſt indifferens.
Virg. Solus hic inflexit ſenſus animumq; labantem
Hic vir hic eſt tibi quem promitti ſepius audis
¶Terminata in M.
Si in calce dictionis fuerit M & ſequens dictio incepe rit a vocali, Abiicitur M ſimul cum vocali preceden te & ſeruat naturam vocalis ſequentis; Si autem ſe quatur conſonans, vocalis precedẽs M producitur.
¶Terminata in L.
¶Corripiuntur ſequente vocali, vt
Conſul, preſul, pugil, vigil, & hec
Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem
Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum
Iam nihil eſt totum quod viximus
Et nihil eſt quod non effreno captus amore
Exul ab octaua Marius bibit & fruitur diis.
Anibal & ſtantes collina in turre mariti
Conducit comites lectum ceruical amicos
Oui. Ante meos oculos peruigil anguis erat.
¶Producuntur Mel, Fel, & hec
Iuue. Nil erit vlterius quod noſtris moribus addat
Oui. Nil opus eſt digitis per quos Archana loquaris
Virg. Nil oriturum alias nil ortum tale fatentes
Sol erat in tauro, luſtrabat cynthia libram
Per duodena regit mundi Sol Aureus aſtra
¶Producuntur nomina barbara vt
Michael, Gabriel, Raphael, Daniel, Anael
¶Terminata in N.
¶Producuntur, Lyen, Ren, Delphin, Xenophon, Pyrachmon, & hec
Iuue. Parce precor pean & tu depone ſagittas
Luca. Vnde venit titan & nox vbi ſidera condit
Virg. Quin age ſiquid habes in me mora non erit vlla
Te

Te coridon o Alexi trahit ſua quemq; voluntas.
Perſ. Non ego quum ſcribo ſi forte quid aptius exit.

ℭCorripiuntur hæc.

Oui. Et tamen eſt artis ſtrictiſſima ianua noſtræ
Nil mihi reſcribas attamen ipſe veni
Nec tamen emendo, labor hic, q̃ ſcribere, maior
Iam canitur toto nomen in orbe meum.
Sta. Nomen ab infami gentem deducis Aſylo.
Vir. Mittite, forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit
Forſitan & quare mea ſint alterna requiris
Forſitan expectas vt Quintilianus ametur.

ℭCorripiuntur Monoſyllaba hæc.

Oui. Siquis in hoc artem populo non nouit amandi
Hor. Quis ſcit an adiiciant hodiernæ tempora vitæ.
Iuu. Accipit & mandidæ facies dicetur an vlcus.

ℭCorripiuntur, quæ per apoſtrophen proferuntur.
Men, ten, egon, ſatin, viden.

Sta. Ipſa dedi, videri vt vigilat quum ſenſerit aram.
Vir. Educent, viden vt geminæ ſtent vertice criſtæ.

ℭVariantur autem orion, menalon, epodon, eutrapelon.

Frequentius tamen breuiari, q̃ elongari ſolent.

ℭNominatiui & Accuſatiui terminantes in an, vel en ancipites ſunt.

Oui. Ilion & murus quod fuit ante ſolum
Ilion, & Tenedos, Symoisq;, & Xanthus, & Ida.
Mar. Præter aquas Elicon, & ſerta, lyraſq; ſororum.

ℭProducuntur hæc.

Oui. Reſpice laertem vt iam ſua lumina condas
Aenean animo nocte dieq; refert.
Fecit & Aſterion Aquila luctante teneri.
Priſ. Euroten Aſiæ Tanais diſiungit ab oris.

ℭCorripiuntur autem hæc.

Sta. Quippe ferant raptam patriis æginan ab vndis.
Virg. Tyrſin, & Attritis Daphin Arundinibus.
Oui. Malctan, & electran, Taygetemq; Ioui.

Hic cameririon adit taxonq;,& gloria tempe.
Luc. Pelion opponit radiis naſcentibus vmbras.
Fulmine,& excuſſit ſubiectum Pelion,Oſſe.
Mar. Tu licet & noſtrum dixit Alexin ames.
¶Corripiuntur caucaſon,parin,prochin.
¶Terminata in,r.
¶Producuntur lar,imber,compar,& hæc
Lucidus hic aer,& quæ duo corpora reſtant
Oui. Proximus eſt aer illi leuitate locoque
Clau. Lucidus vmbroſo miſcebitur aer auerno
Audiat hæc æther.& ſi deus vllus in illo eſt
Summus in aurato crater erat aſper achanto.
¶Producuntur monoſyllaba hæc.
Hor. Cur ego ſi nequeo ignoroq; poeta ſalutor?
Oui. Cur opus affectas ambitioſe nouum?
Ver erat æternum,placidiq; tepentibus auſtris
Molle meum leuibus cor eſt violabile telis
Perſ. Fur es ait pedio,pedius quid crimina raſis?
¶Reperitur breuiari cor.
¶Producuntur hæc.
Oui. Inq; cor hamata percuſſit arundine ditem
Auſ. Hic vbi conſcriptũ eſt fecerat cor,ſi cor haberet
Hor. Ludere par impar equitare in harundine longa
Vt matrona meretrici diſpar erit atque
Clau. Lentus arar,rodanusq; celer,& diues hyberus
Vir. Sulphurea nar,albus aqua fontesq; velitri
Oui. Far erat,& puri lucida mica ſalis.
¶Corripiuntur terminata in,r.
Vir. Itur in antiquam ſyluam ſtabula alta ferarum
Oui. Et refer ad patrios bina trophea deos
Perfer & inuitos currere coge pedes
Torqueor infeſto ne vir ab hoſte cadat
Vror vt indomitis ignem exercentibus euris
Vrimur & cœcum pectora vulnus habent,
Luc. Cæſar in arma furens nullas niſi ſanguine fuſo
Mar. Cæſar & hinc triuiam proſpicit inde thetim

Vir. Quæ tantę tenuere moræ, quibus Hector ab oris
O pater omnipotens cui rerum ſumma poteſtas.
Iuu. Scilicet expectas, vt tradat mater honeſtos
Hic numadum genus, & diſtinctos mulciber aphros
Oui. Acceptus gentis illa december habet,
Vnde hominū genus, & pecudes, vnde iber, & ignis
Pocula ſunt diuum nectar, & ambroſia
Satur eſt quum dixit Horatius ohe
Luc. Eſt amor inſomnes ſemper producere noctes,
Gau. Eſt furor inſanus, ſollicitusque timor.

FINIS.

Lucæ Gaurico viro doctiſſimo
D. Nicolaus Seliuntius Siculus.

Seria qui ſcripſit multo maiora daturus
Gauricus, o Syren gloria, honosq; tuus.
Vt placidis numeris grandi, & tua turba boatu
Scripta notet, pariter gens tua, Marsq; ferox
En breuiore docet curſu, vos ſcandere pindum,
Et iuga Parnaſi, pyeriosq; lacus.

D. Io. Laurentius de Lauro Calaber
Ad Lectorem.

Si cupis arma virum, vel prælia dicere Martis,
Aut curas hominum ſiue iocoſa loqui.
Non tibi Theſpiades (maiorum more) benignas
Poſcas, quas potuit nemo videre Deas.
Deſine fictitios Parnaſi cernere colles,
Atq; grauem ſacro tollere fonte ſitim.
Vis fieri vates, huc totam dirige mentem,
Non dum viſa vides, nec modo lecta leges.
Hic ſunt Calliope, & Clio, Cliusq; Camenæ
Proderit ingenio Gaurica muſa tuo.

Deiphobus Lucarellus Camers.
Ad Lectorem.

HVc ades,o quemcunque mouet pulcherrima laudum
Gloria poſt cineres perpetuumque decus.
Per breue qua ſit iter tibi Gauricus indicat iſto
Qualem nec norunt ſæcla priora,libro.
Gauricus eſt author,miraris,ſydera nouit,
Qui bene,Pieridum nunc Helicona paret!
Deſine mirari,nam quod vix milibus, vni
Huic natura viro contulit ingenium.
Quæ mala portendunt aſpectibus aſtra malignis,
Et quantas placidis polliceantur opes.
Hydra,quid Arctophilax Helenæ,quid aquoſus orion,
Quid poſſint hyades,quid cynoſura,canis.
Funera,defectus Lunæ,Phœbique labores,
Quanta nocent,maneant qualia fata viros.
Quid quæris tripodes?quid Delphici Apollinis aras?
Hæc tibi veridico Gauricus ore canet.
Nec fuit huic docuiſſe ſatis te conſcia fati
Sydera,Theſpiadum nunc tibi monſtrat iter.
Gauricus hinc claro per ſæcula nomine viuet,
Aera dum vincet pondere terra leuem.
Fronti igitur Laurum ſi quæris amice virentem
Perdius,ac pernox hoc lege lector opus.

τελοσ.

IOANNIS POLLII POLLASTRINI POEtæ Aretini. De componendis carminibus, exametro, & penthametro.

INſolitam vt miniæ ventoſa per equora puppim
Pandimus, optantes vellera ferre domum.
Laudabunt multi forſan data vela profundo,
Et noſtrum inſolitæ ſimplicitatis iter.
Si noſtra hæc nauis gemmas portabit ab Indis,
Et referet tranſtris æra Coryntha ſuis.
Exiguam vidi currentem marmore cymbam
Portaſſe ad patriam Laomedontis opes.
Hic ope pellecti ſurgent melioribus alnis
Nautæ, qui ponto vela mage apta dabunt.
Dumq; nouam nondum redeuntem ad littora puppim
Cernitis, his noſtris mercibus æra date.

¶Regula inueniendi quot dactilos habeat vnum quodq; carmen heroicum.

Incipe per digitos numerum, tibi ſyllaba prima
Primum habeat, ſequitur quæq; ſequentis erit.
Tertia ſit terni, ſit quarti quarta minoris
Quinta, retro numerum deinde referto tuum.
Iq; rediq; viam toties, nec perfice gyrum,
De minimo ad primum, non erit iſte trocus.
Quot digiti a primo, perfecto fine, ſuperſunt
Dactili erunt totidem, ſi vnicus ad minimum.

¶Quot dactylos habeat verſus pentameter.

Incipe per digitos numerum, ſed perfice gyrum,
Et veros ludens exprime in orbe trochos.
De minimo ad primum, digiti quot in orbe ſuperſunt,
Tot poterit partos dactylus ire pedes.

¶Ad Lectorem.

Scire cupis, quicunq; pedes, quæ ſyllaba cuiq;
Longa ſit, an breuior, carmina noſtra legas.

¶Ad Muſam.

Muſa quid eſt carmen? vocis iunctura pedalis

Conſona per varios concelebrata modos.
Pande pedem, pes eſt ſub certa lege receptus
Ordo metri, de quo ſyllaba tempus habet.
Solue quid eſt tempus, tempus mora longa breuisq;
Cantando, ſub quo dictio quæq; ſonat.
Phœbe quid eſt Arſis? ſublatio in carmine quædam
Temporis, at dieſis eſt preſſio facta pedis.
Temporibus conſtat quot ſyllaba longa? duobus
Contenta eſt vno tempore parca breuis.

¶De pedibus duarum ſyllabarum.

Spondeo, vt perhibent vates, bis ſyllaba longa eſt
Pyrrichio totidem, ſed cupit eſſe breuis.
Syllaba longa breui, celeri datur eſſe trocheo
Belliger aduerſus cui pede iambus erit.

¶De pedibus trium ſyllabarum.

Dactilus ex prima longa eſt, breuibusq; duabus
Quem ſibi riualem pes anapeſtus habet.
Productisq; tribus lentus vult ire moloſſus,
At totidem tribacus, ac totidem breuibus.
Bacchius extremas longas habet ordine, curta
Cum prima, eſt Antibacchius, haud ſimilis.
Producit mediam Amphibracus, geminasq; coarctat
Extremas, verſi eſt ordinis Amphimacrus.

¶De quatriſyllabis.

Eſt procdeumaticus conſtans breuibusq; quaternis
Sed diſpondeus pes longior it totidem.
Ex di compoſitum geminatum pone trocheum,
Atq; duos iambos pesq; diambus habet.
Anti duas medias producit carmine paſius
Extremas breuiat, quem conabæe fugis.
Ionicus extendit primas, breuiatq; ſecundas
Maior, at has contra eſt Ionicusq; minor.
Eſt peon primus, prima eſt cui ſyllaba longa,
Tresq; breues alter, cuiq; ſecunda manet.
Tertius eſt pœon, longa eſt cui tertia, quartus
Cum tetigit quartum ſyllaba longa locum.

Primus epitritus primam gerit ordine curtam
 Cuiq; ſecunda datur curta, ſecundus erit.
Ternus habet ternam, quartus tenet ordine quartam,
 Sic loca temporibus pes ſua quiſq; tenet.

¶De locis heroici carminis.

Exameter conſtat pedibus ſex, aptior armis,
 Qui quino iunctus cum pede, mollis erit.
Concordes fratres, ſed quintam dactilus aulam
 Poſſidet, extremos alter habebit equos.
Quatuor in primis pedibus, modo iura tuetur
 Spondeus, & modo ius dactilus ipſe ſuum.
Si in quintam ſextus, ſi in ſextam quintus abibit,
 Dicito ſpondaicum, dicito dactilicum.
Tertia fit iambo, donatur ſexta trocheo
 Hos capit exameter martius ipſe pedes.

¶De locis pedum carminis pentametri.

Pentameter quinis pedibus comitatur ad arcem
 Cipridos, & quamuis claudus, ad arma furit.
In pedibus geminis ſeruat ſua iura viciſſim
 Spondeus, & grati dactilus officii.
Tertia ceſura eſt, poſt hanc duo dactili habentur,
 Ceſura extremum quæ facit eſſe pedem.
Vis ſine ceſura carmen conſtare, referto
 Ternam ſpondeo, vel tibi iambus erit.
Sæpe facit iambus ceſuram, ſcinde poetam,
 Et qua tu biberis hac ego parte bibam.
Hinc anapeſtorum duo fulmina iungito, dicas
 Nil mihi reſcribas, attamen ipſe veni.
Sæpe datur quintæ tribacus, nam ſyllaba verſus
 Vltima, ſic viſum eſt, ponitur ad placitum.

¶De græcarum, ac latinarum literarum numero.

Grámata Romanum eloquium monſtrantia, quot ſunt?
 Viginti ſex ſunt, græca? repelle duo.

¶De vocalibus, mutis, cõſonantibus, liquidis, duplicibus, atq; numeralibus.

Quot ſunt vocales? amor, eſt, iouis, orta, voluntas,

Et liquidæ? vates concinuere duas.
Quæ ſunt? liuentem rabiem dixere priores,
Et mutas numero dicimus eſſe nouem.
Bella, canam, Danaum, funeſtis, geſta, kalendis,
Prataq; , tot primas perlege in orbe notas.
Quot ſunt compoſitæ? ſunt tres, dic nomina ? ,ꝑ, &.
H, quid eſt? aut eſt ſpiritus, aut nihil eſt.
Quot ſunt quæ numerum ſignant dictæ numerales?
Septem, dic. Mars, lix, vox, cane, xanthus, iter.
Dic quot ſunt duplices? duplices, x, z, q; fiunt,
Simplicis interdum, z, reperta loco eſt.
Sæpius ammittit vim vocis quinta, probabunt
Lingua, liquor, ſanguis, quintia, ſuauis, aqua.
Conſona ſæpe fit, u, fit ſæpe, i, conſona verſu,
Ianua, veſtibulum, iuno, iuuenca, venus.
Quandoq; amittit, ſ, vim, lucente ſmaragdo,
Principio atque eadem fine reperta nihil.
Inter ſe coiiſſe viros, & decernere ferro
Affixus noſtris tu dabis ſupplicium.
M, perdit vires finita voce, ſequatur,
Si altera vocalis, matrem erat ille penes.
Truditur, vt Danaus clauo, vel lumine lumen,
Pœnaq; vt a pœnis, enſis, vt enſe ſimul.
Vocalis ſic ſic vocali truditur, vt ſtat
Nomine in hectoreo pallida ſemper eram.

¶ De ecclypſi, & ſynalipha.

M, fugat ecclypſis, ſed vocalem finalipha,
Qui ſtellarum ortus comperit atque obitus.

¶ Quandoque, m, & uocalis non abiicitur.

Dictio ſæpe ſuam vocalem fine reſeruat,
Atque, m, vocali mox ſubeunte noua.
Viuendum eſt recte, tum propter plurima, tum his,
O vtinam memores ipſe choorsque mei.
Poſthabita coluiſſe Samo hic Ilius arma,
Pontice cum licino hic quoque magnus erit.

¶ De dieręſi, ac ſinereſi.

Vnica

Vnica pro geminis ſeruatur ſyllaba verſu
Sepius, at contra vt, fixerit æripedem.
Non erat hic Aries villo ſpectabilis Aureo
Aulai in medio nunc mare, nunc ſiluę
¶ De poſitione.
Omnis vocalis natura curta ſequantur
Si duo vocalem conſona longa manet
Conſona vocalem duplices, x, z, retardant
Sub norma, verſus quam poſitura facit
Noxq; tenebrarum ſpecie veneranda tuarum
Mittit Amazonio craſſa puella viro.
¶ In diuerſis dictionibus fit poſitio.
Dictio ſiue eadem, ſeu ſit diuerſa, ſequantur
Si duo vocalem, conſona longa manet
Gibbus & arte malum ſemper ſtillantis ocelli
Virgilius fonteſq; fluuioſq; voco.
¶ V et iota in duarum vocalium medio
poſitum perdit vim vocalis.
Troia iacet certe danais, ſi iota recluſum
Vocales abeant duplicat artis opem
Tytire paſcentes a flumine reiice capellas
Compoſitis iota hoc ſimplicis arte viget
Inter vocales, vocalem eſto iota repertum
Naiadumq; tener crimine raptus hylas
¶ De Mutæ & liquidæ poteſtate.
Vocaliſq; breuis, muta liquidaq; ſequente
Longior eſſe poteſt, & breuis eſſe poteſt
His ego migrantem & denſę abſcondere tenebrę
Cum bene patrizes, crimine patris obi
¶ De Diphtongo.
Omnis diphtongus longa eſt, vocale ſequente
Fit breuis, vt ſcriptum eſt, inſule ionio
¶ De vocali ante vocalem poſita.
Ante aliam breuis eſt vocalis, fioq; dioq;
Excipe, & e ſuper, i conſona ni faciet
Vocalem ante aliam vocalem ſepe retardat

Grecia,ſed nobis dicere vtrunqꝫ datur
More tuo vnius,nullius dicito,Alius
Tenditur ipſius ponitur ad placitum,
Deæ,dii,diis,hii,hiis,heę,dehinc.
Deinde deeſt.
Sepe fit ex diis hii deę dehinc deeſt deinde necetur
Vocalis populo vt dii mala multa ferant
Non deeſt prolato ieiunus venditor auro
Deinde eſto quamuis ſeuus & indomitus
¶De preteritis duarum ſyllabarum.
Longum eſt preteritum,cui dat biſſyllaba tempus
Dictio,ſex tantum demere verba licet
Findo,ſto,ſcindo,fero fers,do daſqꝫ,biboqꝫ
Et quod vocalem continet ante aliam
Excipe preteritis creſcentia,quę tibi primam
Corripiunt,pepuli,poſco popoſcit habet
¶De ſupinis duarum ſyllabarum
Sic etiam ponas biſſyllaba longa ſupino
Exceptiſqꝫ decem,cetera longa dabis,
Eſt queo quis, cieo,do das,ſero,ſtoqꝫ ſinoqꝫ
Atqꝫ lino atqꝫ ruo,cumqꝫ rearis eo,
Ortaqꝫ ab his etiam pariter correpta manebunt
Excipe ſtaturus,cetera patris erunt.
¶De conpoſitis A,pre,de,ſe,e,re,pro,di,bis,bi,
Compoſita A,pre,de,ſe,atqꝫ,e,producta manebunt
Vna vocali fit ſubeunte breuis
Re breuiant vates compoſtum,demito refer
Pro diſtat,longum eſt incarmine reiicio
Reiiciunt palmas & equos ad menia vertunt
Reiice libatos illius ore cibos
Quandoqꝫ eſt curtum hoc,aflumine reiice capellas
Nam proceleumaticum virgilius poſuit
Pro produc,breuiāt pronepoſqꝫ pronepte,propheta.
Fitqꝫ profectus idem,fitqꝫ profundus idem.
Eſt profugus,propero,proficiſcor,curta procella
Fitqꝫ profuſus idem,fitqꝫ profanus idem

Aduentante dea,procul o procul eſte profani
Fitq; profeſſus idem,fitq; proteruus idem
Riſit & his inquit facito mea tela procures
Non profecturis littora longa dabis
Dii longum pones,dirimo vel deme diſertum
Grecia compoſitum vult breuiare ſuum
Bis bi breues dantur, ſtabulant ſcyllaq; biformes
Troia biſetæi viue b.bentis amans.
Binusq; & bigæ & binus producta manebunt
His tribus exceptis,cetera curta dabis.
¶De Deriuatiuis & compoſitiuis.
Tam deriuata eſt q̃ primæ matris origo.
Et ſimplex ſimilis dictio compoſitæ eſt
Quamuis non ſeruet generalem regula nomen
Plurima ſunt ex his quę patris eſſe volunt
Hec abigunt patrem,leges,ſtatuta,lucerna
Regula ferales,voxq; dicaxq;,ſedens.
Vires,iocundus,laterna,& ſeccius hec ſunt
Ac plura his patrem quæ ſibi velle negant.
Simplex compoſito ſimile eſt,ſi conſona reſtat
Que varians variat,mobile De moueo eſt
Virg. Mobilitate Viget,vireſq; acquirit eundo
Oui. Illa loco ſyluas viuaq; ſaxa mouet.
¶De Cremento nominis.
Cremento A longũ eſt, e lõgum eſt, o quoq; longũ eſt
I q; breue, v q; breue eſt,excipiturq; nihil
Exemplum,quarum rerum quorum manibuſq;
Vt verubus,rebus, vel dominabus erit
¶De cremento verbi.
A creſcens verbum per tempora cuncta retardat
Compoſita A Do das excipe,nam breuiant
E longum,vt rapidum cretę veniemus O axem
Si ſubit R tardant plurima,plura fluunt
I breuas,quartæ producito tempora primæ
Omnis imus breuis eſt,ſum volo deme foras
O longum,v q; breue eſt,nõ omnia poſſumus omnes

Hec de crementis candide lector habes

¶ De carmine Acatalectico, catalectico hipercatalectico, brachicatalectico

Eſt carmen quoddam cui non deeſt ſyllaba fine
Eſt quod Dumtaxat ſyllaba longa fugit.
Sunt quę vel geminę, vel tantum in fine ſuperſit
Vnica, & eſt cui pes integer vnus abeſt

¶ Quot modis medię ſyllabę cognoſcuntur

Regula & exemplo, diphtongo vel poſitura
Vocali, accentu ſyllabam habe mediam.

¶ De Siſtole & hectaſi.

Si longam breuiare cupis, vt aquoſus orion
Siſtole erit, ſteterunt perlege virgilium
Verſibus exametris ceſuras quatuor affert
Hectaſis, vt vatum carmina multa canunt
Mittit hipermeſtra de tot modo fratribus vni
Hectaſis eſt, longum dum tibi metra facis
Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta
Scande pedes huius carminis & videas
Noſtrorum obruimur, oriturq; miſerrima cedes
Liminaq; laurus luctus vbiq; pauor
Sideraq; ventiq; nocent, auideq; volucres
Dum ſanguis inerat, nam tibi timbre caput.

¶ De vltimis ſyllabis & primo de, A.

Dictio, vocali A finita eſt longa, repellas
Rectum, cum quarto, ſit tibi quintus idem.
Si rectus facit As, vocatiuum dicito longum
Producit rectos grecia ſepe ſuos
Triginta capitum foetus enixa iacebit
In numeris ſemper corrige genta ſuis
Cetera longa dabis, ſeu ſint aduerbia, verba
Poſtea corripitur dictio ſi gemina eſt
Vt puta correptum eſt, ita vel quia corripe ſemper
Non quia te ſperem non ita dardanium

¶ De, E, finali.

E fit correptum, ſed fac monoſyllaba demas

Et cum productis nomina greca dabis
Ne ve productum eſt pro non,ſeu more dolentis
Et longum facias,quod tibi quinta dabit
Atq; fame produc,aduerbia comparatiua
Exceptis paucis,vt male, ſepe,bene,
Obliquos longos dat declinatio prima
Cum rectis longum tempore pone doce
Et breue tunc fuerit,cum regula tertia vel ipſum
Flexerit e ammoto,dic doce ſeruo rubo
Rectus in es grecum qui ponit in e vocatiuum
Producit,criſe ſit tibi certa fides
Quæ cunctis ſuperant aduerbia,ponito longa.
Quæ nomen longum eſt,cum facit & breuiat.

¶De,i;finali.

I dabitur longum,vocatiuum tollito grecum
Philli fac expectes demophonta tuum
Ad placitum eſt vbi, cum mihi vel quaſi vel niſi ibiq;
Atq; ſibi,atq; tibi,cetera longa manent

¶De o finali.

Ad placitum o ponas,cum ſexto deme datiuum
Et quibus vna manet ſyllaba longa manet.
Grecaq; iunguntur,quæ ſemper longa manebunt
Deq; gerundiuis conſule metra tuis
Vt dido, vt manctio eſt indeclinabile nomen
Productum docti contribuere patres
O q; vocatiuum lõgum poſuere poetę
O quali vecta eſt Dardania puppis Aue.

¶De v finali.

V ſemper longum eſt,curſum dum ſidera ſeruant
Rumpere mugitu carmina docta boues

¶De as finali.

As longum ponis romanum,tollito ab illo
Nomen in as grecum,vt pelias haſta tulit.
Sardonicas ſmaragdos Adamantas hyaſpidas vno
Portat in articulo ſtella ſeuere meus.

¶De es finali.

Vocis fine dabis longum es,ſed corripe grǫca
Et cum compoſitis,inquies esq; penes.
Corripe creſcentes genitiuum,quem ſibi terna
Regula declinat,hoſtis vt hoſpes erat
Sed paries,abies,aries q;,cereſq;,pedis,pes,
Et res,ſpes,produc,ſit quoq; longa fides.

¶De is finali.

Is breuis eſt,demas creſcentia per genitiuum
Et cum compoſitis protrahe ſusq; ſuis.
Producitq; audis,neſcis formatio quartæ,
Et velis nolis conſule grǫca modis.
Omnis tris pro omnes plurali protrahe quarto
Vna eſt cui tantum ſyllaba longa manet.
Is,quis,mis,tis,bis,quoniam correpta manebunt
Excipe,in exemplum carmina mille canunt.
Produc is ſextis pluralibus,atq; datiuis,
Obrutus inſanis eſſet adulter aquis.

¶De os finali.

Os longis addas,genitiuos excipe græcos,
Osq; oſſis breuias compos & impos idem.
Os & labra tibi lingit memeia catellus
Dic longum rectis græcia breuis erit.
Vt chaos,& phlegeton loca nocte ſilentia late
Ilios & murus quod fuit ante ſolum.

¶De us finali.

Vs correpta datur,monoſyllaba ſed retrahantur,
Vt plus,ſus,mus,pus,græcaq; longa manent.
Vs quibus eſt longum,u,per creſcentis genitiui,
Tertia declinans regula,longa dabit.
Quarta dat us curtam,producas ſi genitiuum
Vt thus,plurales quos tibi caput habet.

¶De,c,finali.

C,longum eſt,vt dic,duc,fac,ſic,excipe donec,
Nec lac,pronomen ponitur ad placitum hic
Hic aliter longum eſt,vtq; eſt hic illius arma,
Hic vbi diſiectas,hic ego namq; tuas

Hec ſemper longa eſt, hoc ſemper dicito longum
Hoc erat Alma parens, hoc opus, hic labor eſt

¶De M,B,D,T, finalibus.

M,B,D, breuiant finem, niſi ſincopa fiat
T niſi diphtongus vel poſitura, breue eſt

¶De L, finali.

L breuis eſt, demas nil ſol, & barbara quedam
Quæ vates longis inſeruere modis

¶De N, finali.

N longum ponas, ſed in in grecum trahe quartum
Tirſin & attritis daphnin arundinibus
An quarti en quarti, noſtris ſi credere dignum eſt
Vatibus, ad placitum ponere vtrunq; potes.
Quæſitum eneam ad menia pallantea
Maliam & electram taygetenq; ioui
At tamen atq; tamen breuies, in dein quoq; & exin.
Forſitan his vna iungito forſan & an
Si creſcens genitiuus habet curtam ante ſupremam
Rectus in en breuis eſt, crimina lumen habet.
Vt viden vtq; ſatin tuberinq; & egon breuiato
Men ten producunt qui poſuere modos
On grecum neutrum variatum ſepe videbis
Pelion opponi, preter aquas helion.
Quartus in on grecus cuius ſtat rectus in os mas
Seu ſit communis, ponitur ad placitum

¶De R finali.

R breuis eſt, ſed greca trahunt monumenta latini
Longa quibus vatum contulit artis opus
Summus in Aurato crater erat aſper acantho
Ipſe meas ether accipe ſumme preces
Aſt fer ter per vir monoſyllaba ponito carta
Quatuor exceptis, cetera longa dabis
Sunt qui Cor longum, ſunt qui poſuere rotundum
Sat tenui attentam te mea muſa, vale.

Ad Emptorem.

Auſpice neptunno noſtrum ſulcauimus ęquor,
Et redit ad patrios noſtra carina lares.
Non regum veſtes, non grata monilia collo
Euehit ad portum, ducit onuſta choros,
Secum habet & muſas, & amœni numina fontis
Et quibus ad montem ſcanditur, vſq; pedes.
Non deſunt cytharę, nec deeſt crinitus iopas
Nec quę ſunt vati connumeranda bono,
Hec ſunt quę expectas omni precioſa metallo,
Si emeris hęc hodie, carmina cras facies.

τέλοσ.

Errata caſtigantur ſic.

Pa.	Fa.	Vir.	Vbi	Dicat
3.	I.	12.	chonus.	chorius
5.	1.	12.	reiiquit	reliquit
5.	2.	32.	dein.	dehinc
6.	2.	8.	plenūq;	plerumq;
6.	1.	14.	iulio	villo
6.	1.	21.	dederetis	dederitis
7.	2.	24.	ineluſtabile	ineluctabile
9.	2.	34.	vincitq;	vinciq;
10.	1.	14.	fulmine	flumine
12.	1.	1.	neutri	deleatur
12.	1.	12.	trinariis	trinacrii
16.	2.	12.	iodere	iudice.

Balthaſar Franciſci de Cartulariis Peruſinus Excudebat Romæ, apud Campum Floræ, in Aedibus Domini Benedicti Iuntæ. Anno Domini, M. D. X X X X I. Menſe Martio.

99 960138

29

Litterarū diuisio — car. 2

Scansio, Metrū, carmen
versus quid — 2

Pes quid
Arsis et Thesis
Tempus, Syllaba — 2
Syllaba ꝯtexta

Dactilus, Spondeus 2

De Scansione — 5

De Syllabis omnibus [illegible] — 5

De medijs syllabis — 2
De medijs syllabis [illegible]
De [illegible] syllabis — 13

Joannis [illegible]

Sineresis
Sinalephe / 2
Regulae [illegible]
de lris .f. et l.
de lris i. et u.
de lris. [illegible]
de .S. lra. 8
de [illegible] — 8.

2
110. 2

Digitized by Google

HG